


FRANC.
HOTOMANI
IVRISCON-
SULTI,
Francogallia.

Editio tertia locupletior.

Ex officina Iohannis Ber-
tulphi.

M.D.LXXVI.





ILLVSTRISSIMO

ET POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO, DO-
mino Friderico, Comiti Palatino ad Rhe-
num, Bauariæ Duci, &c. Romani imperij E-
lectori primario, Domino suo clementissi-
mo S. P.

Vetus verbum est, illustriſſime
Princeps, Patria est ubicum-
que est bene, Teucro Telamo-
nis filio attributum: multis que
seculis comprobatum. nam fortis animi ex-
celſi⁹ videtur esse, ut cetera incommoda, ſic
etiam exilium, & quo animo ferre: ingratæq;
patriæ, tanquam noueræ, iniurias contem-
nere. Verum, ego longè eſſe arbitror ſecus.
nam ſi parentum mores, atque adeò asperi-
tatem iniquius ferre, ſceleratum, ac propè
impiū videtur: quanto magis patriæ? quam
ſapientes omnes, una & mēte & voce, ſem-

A.ij.

PRAEFATIO.

per parentibus anteposuerūt. Est quidē hominis securi, & de suis tantum cōmodis cogitantis, patriæ caritatē suis opportunitatibus metiri. sed illa tāta securitas, pars quædā eius immanitatis videtur, quæ propria, vel Epicureorū, vel Cynicorū fuit: unde vox illa furialis profecta est, Me mortuo, terra misceatur incēdio. à qua ne illud quidē ventus Tyrannicū abhorret, Pereant amici, dū vna inimici intercidant. Est in māsuetis ingenii caritas quædā innata patriæ, quæ deleri, nisi cū reliquis humanitatis sensibus, nō potest. qualem caritatē Homerus in Ulysse describit, qui patriam Ithacam saxis præruptis & asperis, tanquam nidulū, affixam, omnibus tamen deliciis, atque adeo Regno sibi à Calypsone oblato anteposuit.

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Afficit, immemores nec sinit esse sui,

ut verè Poeta vetus cecinit: cūm & cœli,
unde primum spiritum duximus, & soli
in quo prima vestigia posuimus, & cognati-

PRAEFATIO.

5

torum, propinquorū, aequaliumque nobis in
mētem venit. Verum enim uero, dicet ali-
quis, delira interdū patria est, mentisq; erro-
re afficitur: ut Plato de sua locutus est: in-
terdū etiā furore amens crudeliter baccha-
tur, atq; in sua viscera sœnit. Primum cau-
rio est, ne alienā culpā innocēii patriæ ascri-
bamus. Multi Romæ, multi alio in locis Ty-
ranni immanes fuerūt. hi non modò bonos
viros, verum etiam benemeritos de patria ci-
ues omnibus cruciatibus afficiebant. Conti-
nuōne verū fuit, illorū insanias patriæ acce-
ptas ferre? Memoratur Imperatoris Macri-
ni crudelitas: quē Iulius Capitolinus Macel-
linum nominatū scribit, proptere à quod do-
mus eius, vt macellū sanguine pecudū, sic
illa hominū sanguine cruetabatur. Cōplu-
res alij passim ab historicis cōmemorantur:
quorū alius (vt idem Capitolinus scribit) ab
eadē crudelitate Cyclops, alius Busiris, alius
Siron, alius Typhon, alius Cyges nomina-
tus est: cū illi sic animū induxissent, regna-

A.iij.

¶ imperia nisi crudelitate retineri nō posse. Idcirkóne cura omnis & solicitude patriæ, ciuibus bonis abiicienda fuit? imo verò tanquā oppressæ & miserae & natorū opem implorati succurrendū: remediaq; modis omnibus conquirēda. quāquam, o fortunatas bonis & mansuetis Principibus regiones: o Beatos ciues, quibus Principū suorum benignitate, tranquillē licet in patriis autisque sedibus, cū coniugibus & liberis cōsenescere. nā plerunque certè vsuuenit, vt remedia malis ipsis, quibus ea quæruntur, deteriora sint. Anni sunt, vt opinor, sexdecim, Princeps illustrissime, ex quo Deus Opt. Max. partē Germaniae Rhenanæ non exiguam fidei ac potestati C. T. commendauit. vix dici potest, quantam ex eo tēpore tranquilitatē, & tanquā in pacato mari malaciam toto Palatinatu videre licuerit: quām pacata semper sedataq; omnia, quām pie, sancte, & religiosè constituta. Macte igituri ista māsuetudine, clementissime Princeps: quod

quod ego, quātum & animi & corporis vi-
ribus contendere possum, iterum exclamo:
Macte ista virtute placida & māsueta: nō
quē admodū Seneca memoriae prodidit, mo-
ris apud Romanos fuisse, ut sanguinolentis
& ex acie redeuntibus, Macellinis deni-
que cruore madentibus diceretur, Macte
virtute. Sed macte ista mansuetudine ani-
mi, clemētia, pietate, justicia, facilitate, &
imperij ac ditionis tuæ tranquillitate. At-
que hic cùm ferè sit vestræ Germaniæ sta-
tus, quemadmodū qui nauigationem insti-
tuunt, freta turbulenta, & tumultuosa de-
nitant, sedatos ac tranquillos cursus quæ-
runt: similiter quāplurimi hodie regiones la-
trociniis infestas fugiunt, tranquillas & pa-
catas quærūt. Ac fuit tēpus, cùm in Fran-
cogallia nostrā vndique ex omnibus terra-
rum oris, sese studiosi adolescentes effunde-
rent, & ad nostras Academias, tāquam
ad bonarum artium mercaturam confer-
rent. nunc illas quasi maria pyratis infesta-

A.iiij.

horret, neq; secus quam Cyclopicam barbarem execratur. Cuius rei meu pectus memoria exulcerat: cum cogito miserā & infortunatam patriā duodecim iā ferē anno rū spatio incendiis ciuilibus exarsisse. Sed multo me acerbior excruciat dolor, cū cōsidero nō modo tā multos esse otiosos incēdiorum spectatores, (quale olim Neronē Romæ cōflagrantis fuisse memorant) verū etiā flāmas illas impiorū quirūdā vocibus ac libellis, tanquā flabellis, excitari: ad eas autem extinguedas per paucos ac ferē nullos accurrere. Mea quidē quā sit tenuis, quamq; humilis cōditio, nō sum ignarus. sed tamen ut in cōmuni incendio si quis quātūnis abiecta fortuna sitellā aquæ deferat, studiū credo eius nemo repudiet: ita spherō nemine patriæ cōmuni amātē meā hāc in quāredis remediis operā aspernaturū. Superioribus quidē mēsibus in tantarū calamitatū cogitatione defixus, veteres Frācogallia nostre historicos omnes & Gallos & Germanos

nos euolui: summamq; ex eorū scriptis con-
feci eius status , quem annos amplius mil-
le in Rep. nostra viginisse testantur: ex qua
incredibile dictu est quantā maiorū nostro-
rū in constitueda Rep. nostra sapientiā co-
gnoscere liceat. ut mihi quidē nequaquam du-
bium esse videatur, quin ab illa certissimum
tantorū malorū remediu petendū sit. Nam
mihi attētus in istarū calamitatū caussam
inquirēti, sic videbatur: sicuti corpora nostra
vel externo impulsu atq; iectu, vel intestinis
humorū vitios, vel senio intereunt: ita Rerū
publicarū alias hostili impetu, alias dome-
sticis dissensionibus , alias vetustate confici.
nostræ autē Reip. incomoda et si vulgo ex in-
testinis dissidiis nata existimantur, tamen
hanc nō caussam, sed principiū malorū esse
animaduerti: q; principiū à caussa plurimū
discrepare, grauis auctor imprimis Poly-
bius demonstrat. Caussam autē confirmo esse
plagā quā annis abhinc circiter centū ab il-
lo accepit, quē constat primū omnium præ-

clara maiorum nostrorum instituta labefactasse. Quemadmodum autem corpora nostra externo aliquo ictu luxata sanari, nisi membris suum quibusque in locum & naturalem sedere restitutis, non possunt: ita Remp. nostram denique sanatum iri confidimus, cum in suom antiquum & tanquam naturalem statum diuino aliquo beneficio restituatur. Et quia C. T. patriæ nostræ semper se amicissimam præbuit, optimum factu iudicavi, summam hanc historię nostræ illustrissimo tuo nomini inscribere, quasi que consecrare: ut eius patrocinio atque auctoritate tutior in hominū manus peruenire posset. Vale Illustrissime Princeps, & Salve. Deū Opt. Max. oro, ut illustrissimum genus vestrum perpetuo beatissimum ac florentissimum esse patiatur. X I I. Kalendas Septembr. M. D. LXXIII.

Illustriss. C. T.

obsequentiissimus
Franc. Hotomanus.



INDEX CAPITVM.

- D**e statu Gallie priusquam à Romanis in prouinciam redigeretur. Cap.1. pag.13.
- Quæ priscis temporibus Gallorum lingua fuisse videatur.c.2. pag.21
- De statu Gallie à Romanis in prouincie formam redacte.cap.3. pag.32.
- De ortu Francorum, qui Gallia occupata eius nomen in Franciam vel Francogalliam mutarunt. cap.4. pag.40.
- De Francorum nomine, variisque excusiōibus, & quo tempore regnum sibi in Gallia constituerint. cap.5. pag.52.
- Regnum Francogallie utrum hereditate, au suffragiis deferretur, & de Regum creandorum more. cap.6. pag.65.
- Pluribus extatibus Regis demortui liberis, quid iuris in hereditate obseruaretur.cap.7. pag.85.
- De lege Salica, & iure mulierum in Regum parentum hereditatibus.cap.8. pag.95.
- De iure Regalis capilliti. cap.9. pag.100.
- Qualis Regni Francogallici constituendi forma fuerit.cap.10. pag.108.
- De sacrosancta publici Concilii auctoritate, & quibus de rebus in eo ageretur.cap.11. pag.136.
- De Prefectis Regiis, qui Maiores domus dicebantur.cap.12. pag.148.

- Utrum Pipinus Papa, an Franeogallici Concilii au-
toritate Rex factus fuerit. cap.13.* pag.156.
De Comestabulo & Paribus Frācia.c.14. pag.165.
*De continuata Sacrosancti Concilii auctoritate sub
Caylouingiorum Regno. cap.15.* pag.118.
*De Capeuingiorum familia, & Regno Francogallie
in illam translato. cap.16.* pag.193.
*De continuata Concilii publici auctoritate in Cape-
ningiorum familia. cap.17.* pag.198.
*De publici Cōciliis auctoritate in maximis religionis
negotiis. cap.18.* pag.105.
*De memorabili auctoritate Concilii in Regem Lu-
donicum x i. cap.19.* pag.208.
*An muleres, non ut ab hereditate Regni, sic ab eius
procuratione, Francogalliae iure arceantur. cap.
20.* pag.217.
De Parlamentis iuridicalibus. cap.21. pag.232.





FRANC. HOTOM.
IVRISC. FRANCO-
GALLIA.

*De statu Galliae priusquam à Romanis in
provinciam redigeretur.*

C A P. I.

Ogitanti mihi de Franco-
galliae nostræ institutis, quæ
tum ad usum Reipub. no-
stræ, & horum temporum
opportunitatem satis esse vi-
debitur, conscribere: principiò exponen-
dum videtur, qui Galliae status fuerit, an-
tequā à Romanis in Provinciæ formam
redigeretur. Nam quæ de gentis origi-
ne, & antiquitate, de bellicis laudibus,
de regionis situ & natura, priuatorum
que moribus apud Cæsarem, Polybium,
Strabonem, Ammianum & reliquos scri-
pta extant, nota sunt omnibus, medio-
criter quidem eruditis. Intelligendum
est igitur, eo tum statu Galliam fuisse,
ut neque vniuersa vnius imperio rege-
retur: neque singulæ ciuitates vel in Po-

puli, vel in Optimatū potestate esset: sed ita diuisam in Ciuitates Galliā vniuersā fuisse, vt plerāq; Optimatū cōsilio rege-rentur, quæ Liberæ dicebātur: ceterā Re-ges haberēt: omnes quidē hoc institutū tenerēt, vt certo anni tēpore publicum gentis cōciliū agerent: quo in cōcilio quæ ad summā Reipub. pertinere vide-bantur, cōstituerent. Ciuitates autē qua-tuor & sexaginta Corn. Tacitus nume-rat lib. 3. hoc est, vt ex Cæsare intelligi-tur, Regiones, quæ nō modò lingua moribus, & institutis, verūm etiā iisdem ma-gistratibus vrebantur: quales ipse multis locis Æduorū, Aruernorū, & Rhemorū ciuitates præcipue cōmemorat. Itaque cùm Æduū Dumnorigem Cæsar inter-ficiendum curaret, resistere, inquit, ac se manu defendere, suorūmq; fidē implorare cœpit: sœpè clamitans, liberū se, li-berāque ciuitatis esse. libro quinto, cap. 3. Quapropter in eādem sententiā Stra-bo lib. 4. ita scribit: ἀριστοφατία δ' οἵσαι αἴ-πλευς τῶν πολιτειῶν. ἐναδ' ἡγεμόνα ἥμερον κατ' οὐνα αὐτὸν τοπαλαῖον: οἳς δ' αὐτῷς εἰς πόλεμον ἔισι υπὸ τῆς πλεύθερος ἀπιδέκουντο σρατηγός. Plerāq; inquit ciuitates Optimatū consiliis regebātur: vnum

vnum autem magistratum olim quotannis deligebant: sicut & ad bellū gerendū vnuſ à populo imperator creabatur. Eodem pertinet quod Cæſar lib. 6. c. 4. his scribit verbis: Quæ ciuitates commodius suam Remp. administrare existimātur, habēt legibus fancitum, si quis quid de Reipub. à finitimiſ rumore aut fama acceperit, vt ad Magistratū deferat, néve cum quo alio cōmunicet: Magistratus quæ viſa ſunt, occultant: quæque eſſe ex viſu iudicauerint, multitudini produnt. De Rep. niſi per conciliū loqui nō conceditur. De cōmuni verò totius Gētis concilio pauca hæc ex Cæſare testimonia proferemus. Petierunt, (inquit, lib. roprimō cap. 12.) vti ſibi concilium totius Galliæ in diem certam indicere, idque Cæſaris voluntate facere liceret. Item lib. 7. cap. 12. Totius Galliæ concilium Bibraſte indicitur. eodem conueniunt vndique frequentes multitudines. Et lib. 6. c. 1. Cæſar cōcilio Galliæ primo vere (vt instituerat) indiſto, cùm reliqui præter Senones, Carnutes, Treuirōſque veniſſent, concilium Lutetiam Parisiorum transfert. Et lib. 7. cap. 6. Quæ ab

reliquis Galliis ciuitates dissentiebat, has
sua diligētia (de Vercingentorige loqui-
tur) adiuncturum, atque vnum cōcilium
totius Galliæ effecturum, cui concilio ne
orbis quidē terrarū possit obſistere. Iam
verò de regibus, qui ciuitatibus quibus-
dam præerant, loca ſunt apud eundē au-
torem prop̄ innumerā: ex quibus illud
memoria dignū intelligitur, moris fuīſ-
ſe Romanis, vt quos Regulos ad suas ra-
tiones accōmodatos, id est, ad res nouas,
cōturbanāſque ciuitates & inimicitias
cū aliis exercēdas idoneos iudicabāt, eos
ſibi amicitia & societate adiungerēt: ſum
mīque honoris ac beneficij loco, ſocios
atq; amicos ſuos honorificentiflīmis de-
cretis appellarēt: eūmque verborum ho-
norem reges exteri cōplures magnis lar-
gitionibus à ciuitatis Romanæ princi-
bus comparabant. Reges autem vel Re-
gulos potius, Galli eos nominabant, qui
non ad tēpus, vt ciuitatum magistratus:
fed in perpetuum, regiū imperium quā-
tumuis exiguis finibus obtinebant: quos
immutata temporum consuetudo, Du-
ces, Comites, Marchiones appellauit. Ea-
rum porrò ciuitatū aliae aliis potentiores
erant:

erant: quarum se in fidem & clientelam, quæ minus per se poterant, studiosè con ferebant. Has Cæsar superiorum stipendiarias, vectigales, & earum imperio sub iectas appellat. Plerunque tamen in fide aliarum esse scribit. Regnante Romæ Prisco Tarquinio (inquit Liuius lib. 5.) Cel tarum penes Bituriges summa imperij fuit: ij Regem Celtis dabant. Aduētu Cæ saris in Galliam, (qui fuit annus ab urbe condita D CXCV.) Galliæ totius factio nes erant duæ. Harum alterius principa tum tenebant Ædui: alterius, Aruerni: multosque annos de potentatu inter se contenderant. Sed illa contentio ea re magnoperè augebatur, quod Bituriges Aruernorum finitimi, in fide & imperio Æduorum erant. Sequani cōtrà, Æduo rum finitimi, in Aruernorum fide. lib. 12. cap. 12. lib. 6. cap. 4. Cūm has Gallorum contentiones Romani ad suas rationes, id est, ad suam potentiam amplificādam aptissimas iudicarent, studiosè illas ale bant. Itaque Æduos in societatem asc iuerunt, eosque exquisito verborum ho nore Fratres consanguineosque suos ap pellarunt. In Æduorum fide & clientela

B.j.

reperio fuisse, priuium Senones, quibus
cum Parisij paulò antè suā ciuitatem fo-
dere & societate cōiunxerant.lib.6.cap.
1.tum Bellouacos, quorum tamē erat ci-
uitas magna, & plurimum inter Belgas
& virtute, & auctoritate, & hominū mul-
titudine valebat.lib.2.cap.4.& lib.7.cap.
7. Sub imperio Neruiorum Cæsar nume-
rat Centrones, Grudios, Læuacos, Pleu-
mosios, Gordunos.lib.5.cap.11. Treuiro-
rum clientes idem numerat Eburones,
& Condrusos.lib.4.cap.2. Venetorū au-
tem ciuitatis(hi sunt in Armotica) lōgē
amplissimā auctoritatem idem fuisse scri-
bit omnium oræ maritimæ regionū ea-
rum, omnēsque ferē qui eo mari vti con-
sueuerāt, illius fuisse vctigales. lib.3.ca.
2. At uernorum autem tanta erat ampli-
tudo, vt non modò se Æduis adæquarēt,
verum etiam paulò ante Cæsaris aduen-
tum magnam clientum partem ab illis
ad se traduxissent.lib.6.ca.4.lib.7.cap.10.
Itaque Strabo lib.4.scribit, eos quadri-
gentis hominum millibus duce Vercin-
gētorige bellum aduersus Cæsarem ges-
sisse. Hi ab regio imperio abhorrebant.I-
taque cùm Celillus Vercingētoris pa-
ter

ter summæ potētiæ atque auctoritatis es-
set, eoque totius Galliæ principatū obti-
neret, ob eam caussam quod Regnū ap-
petebat, ab ciuitate imperfectus fuerat.lib.
7.cap.1. Sequani cōtrà Catamantaledem
Regem habebant, quem Romani ami-
cum ac socium appellabant.lib.1.cap.2.
Sueßiones quoque qui latissimos fera-
cissimósque agros possidebant, oppidá-
que habebant numero XII, & armato-
rum L.millia confiscere poterant, Diui-
tiacum totius Galliæ potentissimum Re-
gem paulò antè habuerant: qui non tan-
tum magnæ partis Belgarū, verum etiam
Britanniae imperium obtainuerat. Cæsa-
ris aduentu Regem Galbā habebat.lib.
2.cap.1. In Aquitania Pisonis cuiusdam
Aquitani auus regnum obtainuerat, & à
Romanis amicus appellatus fuerat.lib.4.
cap.3. Senones quoque, quæ fuit ciuitas
in primis firma, & magnæ inter Gallos
auctoritatis, quodam tempore Moritas-
gum regem habuerant, cuius etiam ma-
iores regnū in eadem ciuitate obtainue-
rant.lib.5.cap.13. Item Nitiobriges Ollo-
uiconem Regem habuerant, Amicūm à
Senatu Rom. appellatum.lib.7.cap.6. In

B.ij.

illis porrò regnis illud obseruatione dignū , neque leuiter prætereūdum videatur : primū quod hereditaria non erat , sed à populo propter iustitiae opinionem deferebantur : deinde quod Reges nō infinitum , solutū & effrenatum imperium habebant : sed certis legibus ita circumscriptū , ut nō minus ipsi in populi , quam populus in ipsorum ditione ac potestate esset : ut fere illa regna nihil aliud , nisi magistratus perpetui , videretur . Nā multos Cæsar nominat priuatos , quorum tamē parentes ac maiores regnum obtinuerāt : in his Casticum Catamantaledis filiū , cuius pater in Sequanis multos annos regnum obtinuerat . lib . 1 . cap . 2 . Item Pisonem Aquitanū . lib . 4 . ca . 3 . Item Tascetiū , cuius maiores in Carnutum ciuitate cum Regio imperio fuerant . lib . 5 . cap . 8 . De imperij verò & potestatis modo , Ambiorix rex Eburonum apud eundem auctorem ita loquitur , (li . 5 . cap . 8 .) Sua esse eiusmodi imperia , ut non minus haberet in se iuris multitudo , quam ipse in multitudinem . Quam optimā ac præstantissimam Reipub . formam esse , præterea Plato , & Aristoteles , & Polybius , & Ci-

& Cicero iudicarunt, quod regalis dominatus, si sine freno, ut ait Plato, relinquatur, ubi in tantam omnium rerum potestatem, tanquam in lubricum locum, veniret, facillime in tyrannide delabitur. quae de causa Optimatum & delectorum auctoritate, quibus eam potestate populus permittit, tanquam freno coercendus est.

*Quae priscis temporibus Gallorum lingua
fuisse videatur.*

C A P. I L.

Hoc loco non prætermittenda quæstio videtur, multorum eruditorum hominum tractata disputationibus: quinam, priscis illis temporibus, Gallorum sermo fuerit. Nam quæ ad religiones, & priuatorum mores, ceteraque instituta pertinent, Cæsar (ut antè diximus) copiose exposuit. Primum autem meminisse oportet, quod idem auctor initio Commentariorum scribit, cum Gallorum alij Belgæ, alij Aquitani, alij Celtæ essent, omnes nō modò institutis, verum etiam lingua inter se discrepasse. Quod etiā Strabo lib. 4. testatur, ubi ait eos ὅμοιόττους non fuisse,

αλλ' εἴτε μικρὸν πα-

B.iij.

φαλάττοντας ταῖς γλώτταις. Idemque Ammianus Marcell. lib. 15. testatur. Quod vero doctissimi coplures, ac præsertim nostri populares, disputant, Gallos Graeca lingua vlos fuisse, vel ex eo solo refelli potest, quod Cæsar lib. 5. cap. 12. commemorat, cum Q. Cicero à Gallis obsecus suis in castris teneretur, epistolam ei se Graecis literis scriptam misisse, ne, si interciperetur, sua consilia à Gallis cognoscerentur. Sed occurritur ab nonnullis, proferentibus Strabonis locū ex eodem lib. 4. ubi scribit, omnium optimarum artium, ac præsertim Graecarum literarum, studia Massiliæ viguisse: usque èo ut Galli eorum exemplo Graecæ linguæ studio caperentur: ut iam pacta & cōuentata Græcè scriberent. καὶ οὐλέλληνες (inquit) κατασκιάσε τοὺς γαλατάς, ὡς εἰ καὶ τὰ συρβόλαγα ἐλλήνες γράφεν. Verum ad hanc obiectionem facilis & expedita responsio est. Primum enim si Galli Massiliensium exemplo Græcam linguam discebant, annon perspicuum est, vernaculam illam eorum linguam non fuisse? Deinde Strabo eodem loco non obscurè ostendit, morem illum pacta & contractus Græcè scribendi, suo demum

demum tempore initiū cepisse, cùm iam
vniversa Gallia Romanis parere didicis-
set. Præterea de iis tantūm præcisè loqui-
tur, qui Massiliensibus erāt finitimi: qui-
bus in locis non modò priuati complu-
res, verum etiam ciuitates, inquit, doctos
viros Massilia publico cōsilio propositis
honorariis ad iuvētutem suam instituen-
dam euocabant. Supereft locus ille apud
Cæfarem, vbi ait Gallos, in publicis pri-
uatisque rationibus Græcis literis vſos
fuisse. Sed videamus ne vox GRÆCIS eo
loco nō modò vt superuacanea, verum
etiam vt importuna & adulterina tollen-
da sit: quippe, cùm ad Cæfaris sentētiā
exprimendam satis fuisse dixisse, Gallos
in sola Druydom disciplina literis & scri-
ptione vſos nō esse: in ceteris omnibus,
& priuatis & publicis rationibus, literis
vſos esse. Nam Vtī literis, pro Scribere, lo-
cutio est Latinis auctoribus crebrò vſita
ta. Præterea repugnant, Gallos linguæ
Græcæ imperitos fuisse: (quod Cæsar il-
lo superiore loco dixerat) & tabulas ra-
tionesque suas publicas ac priuatas Græ-
cis literis conscripsisse. Quod autem ple-
riique existimant, Græcas literas eo loco

non pro scriptione , sed pro formis literarum usurpari : nobis propterea minus probatur, quod locis innumeris (ut modò dicebamus) veteres scriptores Vti literis dixerunt, pro Scribere: at pro formas literarum ducere, quantum adhuc obseruare licuit, nusquam. Neque enim illos adiuuat, quod idem Cōmentario primo scripserat, repertas in Heluetiorū castris tabulas, literis Græcis cōscriptas: quasi verò qui Græcis literarū notis scribere didicerat, non idem eadē opera Græco sermone scribere didicisset: aut non esse potuerint in Heluetia vel sacerdotes , vel adolescentes nobiles, qui, ut hodie tam multi sunt qui latine didicerunt, ita literas Græcas, quæ rūm in honore & pretio erāt, perdiscere potuerint. Quam opinio nē vel vnica Mæsiliensis scholæ vicinitas refellit. Itaque idem Cæsar li. 5. vbi de illa sua ad Ciceronem epistola loquitur: Hanc, inquit, Græcis conscriptam literis mittit: ne intercepta epistola , nostra ab hostibus cōsilia cognoscantur. Iustin. lib. 20: Facto S.C. ne quis postea Carthaginēsis aut literas Græcas, aut sermonē studeret, ne aut loqui cum hoste , aut scribere sine

sine interprete posset. Tacitus de moribus Germ. Monumēta & tumulos quosdam Græcis literis inscriptos in cōfinio Germaniæ Rhetiæque adhuc extate. Li- uis lib.9. Vulgò tum Romanos pueros, sicut nunc Græcis, ita Hetruscis literis eruditi solitos. Idem lib.28. Ibique arā An nibal condidit, dedicauitque cum ingen ti terum ab se gestarum titulo, Punicis Græcisque literis insculpto. Item lib.40. Literis Latinis Græcisque vtraq; ara inscripta erat. Vlpianus Iuris c. tit. de insti tor. act. Proscribere sic accipimus, claris literis, vtrum Græcis, an Latinis? Puto se cundum loci cōditionē: ne quis caūsati possit ignorantia literatū. Trebell. Pollio in Æmiliano: Fertur. n. apud Memphis in aurea columna Ægyptiis literis scri ptum, tunc demum, &c. Denique non arbitror isto sensu dicturum Cæsarem fuisse, Græcis literis scribere, sed potius, Græ carum literarum forma vel figura. Velut apud Tacitum lib.11. Nouas literarū for mas addidit: comperto Græcam literatu ram non simul cœptam absolutāmque. Et mox: Et formæ literis Latinis quæ ve terrimis Græcorum. Item apud Paulum

Iuris. sub tit. De oblig. & actionib. Non figura literarum, sed oratione quam exprimunt literæ, obligamur. Ac ne quis nimiopere admiretur vocem GRAECIS apud Cæsarem irreplisse, proferā similem casum apud Plinium lib.8.cap.57. vbi sic scriptum est : Gentium consensus tacitus primū omnium conspirauit, ut IONVM literis veterentur. Et mox, Sequēs gentium consensus in tonsoribus fuit. Et mox : Tertius consensus est in horarum obseruatione. Nam vocem IONVM tollendā esse, quis non videt? non tam quia planè superuacanea est : (nam ad Plinij institutum satis fuit dicere, primum Gentium consensum fuisse in scriptione & literatura) quam quia falsum est, IONVM primas fuisse literas: ut ipse Plin. superiore primo capite docuit, & Tacitus lib.ii. Animaduerti tamen apud Gregorium Turon.lib.5. & Aimoinum lib.3.cap.41. locos duos, quibus significari videtur, Gallos Græcarum literarum notis vsos fuisse. nam vbi de Chilperico Rege loquuntur: Addidit(inquiunt)& literas literis nostris:id est ω, υ, ξ, φ. & misit epistles in vniuersas ciuitates regni sui, ut sic pueri

pueri docerentur. Apud Aimoinum autem tres tantum ponuntur, ^{2, 6, 9.} Verum intelligendū est, Francos istos fuisse, nō Gallos: vel potius Francogallos: qui Germanica lingua, id est, patria & nativa, nō illa veterum Gallorū, quæ Romanorum dominatu obsoleuerat, vtebātur. deinde si Francogalli Græcis literis vsl fuisse, quid ita reliquas omnes, his solis exceptis, usurpassent? Verum hæc quidē plus sat. Superest corū opinio, qui putant Gallos Germanica lingua vlos fuisse: quos vel unus ille Cæsar is refellit locus, in quo scribit, Ariouistum propter longinquam in Gallia consuetudinem lingua Gallica vsum esse. Duabus autem de causis mihi eorum probabilis opinio videtur, qui scribunt, veterum Gallorum linguam priam, atque ab aliarum gentium, præter quam à Britannorum, sermone dissimilem fuisse: primū, quia Cæsar scribit moris fuisse, vt qui Druydū disciplinam diligentius cognoscere volebant, plerunque in Britāniā proficiscerentur. Cū autem libris nullis veterentur, consentaneum est, illos eodem quo in Gallia sermone vlos in docendo fuisse. Deinde

quia Corn. Tacitus in Agricolæ vita scribit Britânorum & Gallorum sermonem haud multū diuersum fuisse. Neque mihi Beati Rhenani coniectura displicet, qui sermonem eorū , qui hodie Britones Britonātes appellātur, veteris nostræ linguae reliquias fuisse arbitratur : cum aliis de cauſsis, tum præcipue quia cōstat Britannos ab Anglis Saxonibus patria pulſos in eam regionem profugisse. Vnde illa Eduardi I. Anglorum Regis lex vetus: Britones Armorici, cūm venerint in Regno isto , ſuſcipi debent & protegi , ſicut probi ciues de corpore regni huius. Exie rūt enim quondam de ſanguine Britonū regni huius. Atque hæc quidem de priſca Gallorum lingua diſta ſint. Noſtram autem qua iam utimur, non difficile intellectu eſt, ex variis variarum gentium sermonibus conflatam eſſe. Ac , ſi breuiter dilucidēque dicendū eſt, is quo iam utimur ſermo , quadriparitò distribuen- dū eſt: ac dimidia eius pars Romanis ac cepto ferenda: quemadmodum Oto Friſingensis teſtatur lib. Chron. 4. cap. pen. & qui uis Latinis literis tinctus potest animaduertere. Nam præterquam quod ita natu-

natura fert, ut Galli Romanis subiecti ad eorum se mores & linguam lubenter accō modarent: satis constat, Romanos serōndi sermonis Latini studiosissimos fuisse: ut per omnes gentes venerabilior diffunderetur: quemadmodū Valerius Maximus testatur: éaque de caussa ludos literarios passim instituisse: veluti Augusto duni, Vezontione, Lugduni: quod vel ex Tacito & Ausonio cognosci licet. Itaq; tantum in Gallia Latinæ linguae consuetudo valuit, ut non modò leges ad summam Regni & Reip. pertinentes Latinis literis conscriberētur: (cuius rei cum vetustissima quæque monimenta testimonio sunt, tum etiam Regum antiquorum constitutiones, quarum quædam extant in libro inscripto Stilus curiæ parlamēti:) verùm etiam Latinè & litigaretur, & sententiæ pronuntiarentur: ac præsestim litigandi rabiosa quadam consuetudine atque arte ex Pontificum R. curia in Galliam introducta: potissimum autem vbi de sacerdotiis & eorum opimis vectigalibus litigari cœptum est. quod institutū ad nostram usque ætatem seruati solitū, Edictum Francisci I. documento est, qui

anno 1539 florescentibus bonis in Gallia
literis iussit, ut Gallico sermone iudicia
exercerentur. Eodem accesserat religio-
nis disciplina & ratio. nam cum Latinis
ab initio literis tradita fuisset, cuius rei ve-
teres ecclesiastici testimonio sunt: Ire-
næus episcopus Lugdunensis: Hilarius,
Pictaviensis: Sidonius, Bituricensis: Sal-
uianus, Mastiliensis: Gregorius, Turonen-
sis: postea Romanis ritibus ac ceremoniis
in Christianorum ecclesias introductis
multum ea consuetudo crevit. ac præ-
fertim posteaquā Carolus Magnus Gal-
liae regnum Papæ Zachariæ ope consi-
liique adeptus, in tanti beneficij gratiā
edixit, ut Romano more ritus ecclesiæ
seruarentur, & cantiones haberentur.
quæ lex ipsius cū in Capitulari, tū legib.
Francicis his extat verbis: Ut cantum Ro-
manum pleniter discant: ordinaliter per
nocturnalia, vel graduale officium per-
agatur: secundum quod beatæ memorie
genitor noster Pipinus rex decretauit, ut
heret, quando Gallicanum tulit: & ob
vnanimitatem Apostolicæ sedis, & sanctæ
Dei ecclesiæ pacificam concordiam.
quod idem etiam Sigebertus sub anno

774. memoriae prodidit. quæ res dici non
potest; quantum & Gallicis ecclesiis ca-
liginem offuderit, & pontificibus R. au-
ctoritatem in negotiis religionis tribue-
rit. qua auctoritate cū illi aduersus Gal-
liæ Reges mirandum in modum abute-
rētur, repertus est Rex Carolus quintus,
cognomento Sapiens, qui circiter annū
M. C C C L X X. tyrannidi Pontificum
infensus sacra Biblia in linguam Galli-
cam conuertenda curauit. quā transla-
tionem multis etiam nunc locis in Gal-
lia nostra videre licet, cū hac inscriptio-
ne: DE MANDATO ET IVSSY
RÉGIS CAROLI QUINTI. cām-
que memini me in Regia bibliotheca
Fōtaneblæi vidisse. Altera verò eius qua
nunc utimur linguae dimidia pars ita di-
stribuenda est, vt partem vnam priscis
Gallis attribuamus, alteram Francis, po-
stremam Græcorum literis. Nam Fran-
corum, id est (vt paulò post docebimus)
Germanorum, innumeræ in quotidiano
sermone nostro voces occurrere, iam
pridem à multis demonstratum est. Ex
Græcorum verò lingua complura vo-
cabula ad usum traducta nostrum fuisse,

multi iam pridem eruditii virti ostenderunt: cuius rei cauſa nō Druyibus (quos Græcè non loquutos docuimus) sed Masſiliensium consuetudini ac disciplinis, de quibus superius diximus, tribuenda est.

*De statu Gallie à Romanis in prouincia
formam redacte.*

CAP. III.

Galliam à Romanis diu magnis ſæpe cladibus tentatam, tandemque à C. Cæſare deceni propè bello, præliisque compluribus dominatam ac subactam fuiffe, atque ad extremitum in prouinciæ formam redactam, eruditis omnibus notum eſt. Hoc fortissimæ & bellicosissimæ gentis fatū fuit, ut Magnæ Belluæ (quemadmodum in sanctis literis appellatur) tandem aliquando pareret. cum qua tamen ita per annos octingentos (ut Iosephus testatur) de imperio certarat, ut illa nullius alterius nationis armis æquè terreretur. Itaque Plutarchus in Marcello & Camillo, Apianus in lib. de civilibus bell. 2. Liuius libro 8. & 10, memoriarum prodiderunt, Gallos Romanis usq; cō formidabiles fuiffe,

vt lege

vt lege sancitum haberent, ne vacatio-
nes à militia, quæ sacerdotibus & senibus
permittebantur, tumultu Gallico vale-
rent. quod idem & Cicero Philippi. 2.
commemorat. itaque Salust. in Iugurth.
scribit, Romanos omnibus temporibus
ita statuisse, alia omnia virtuti suæ prona
esse: cum Gallis pro salute, nō pro gloria
certasse. Quinetiam Cæsar lib. 6. testatur,
atque ex eiusdem auctoritate Tacitus in
lib. de morib. Ger. commemorat, fuisse
tempus, cùm Germanos Galli virtute su-
perarent: & vtrò bella inferrent, ac pro-
pter hominum multitudinem trans Rhe-
num colonias mitterent. Tantæ autem
virtutis amissæ iacturam, idem Tacitus
amissæ libertati tribuit: in lib. de vita
Agricolæ: Nam Gallos, inquit, in bellis
floruisse accepimus: mox segnitia cum
otio intravit, amissa virtute pariter ac li-
bertate. Et quoniam amori patriæ nōni-
hil indulgendum est, age, præclarum in-
super illud de Gallorum virtute, Iustini
testimonium proferamus, ex lib. 24. Nā-
que Galli, inquit, abundanti multitudi-
ne cùm eos non caperent terræ, quæ ge-
nuerant, trecenta millia hominum ad se

C.j.

des nouas quærendas velut peregrinantem miserunt. Ex his portio in Italia consedit, quæ & urbem Romam captam incedit, & portio Illyricos sinus per strages barbarorum penetrauit, & in Pannonia cōsedit: gens alpera, audax, bellicosa, quæ prima post Herculem, cui ea res virtutis admirationem & immortalitatis fidem dedit, Alpium inuicta iuga, & frigore intractabilia loca trāscēdit. ibi dominis Pannoniis per multos annos cum finitimis varia bella gesserūt. Hortāte deinde successu, diuisis agminib. alijs Græciā, alijs Macedoniā, oīa ferro proterētes, petiuere: tantusque terror Gallici nominis erat, vt etiam Reges non lacesſiti, vltro pacem ingenti pecunia mercarentur. Item lib. sequen. Quanquam Gallorum ea tempestate tātē fœcunditatis iuentus fuit, vt Asiam omnem velut examine aliquo implerent. denique neque Reges Orientis, sine mercenario Gallorum exercitu, vlla bella gesserint. neque pulsi Regno ad alios quam ad Gallos confugerint. Tantus terror Gallici nominis, siue armorum inuicta felicitas erat, vt aliter neque maiestatē suam tutam,

tam, neq; amissā recuperare se posse, sine
Gallica virtute, arbitrarentur. Atq; hæc
quidem de Gallorum bellicis laudibus
& virtute dicta sint: quæ tamēn (quemad-
modum ex Tacito modo dicebamus)
amissa libertate interierit. Non nullas ta-
men ciuitates post formam prouinciæ à
Romanis constitutam libertati suæ reli-
ctas, testis est Plinius lib. 4. cap. 17. veluti
Neruios, Suessiones, Ulbanenses, Leucos:
nonnullos etiam fœderatos: in iis, Lingo-
nes, Rhemos, Carnutos, Aeduos. Quæ ve-
rò earum ciuitatū, quæ in prouinciæ for-
mam redactæ fuerant, forma & ratio exti-
terit, facile ex Critognati Aruerni ver-
bis intelligi potest, apud Cæsarem lib. 7.
Quod si ea, inquit, quæ in lōginquis na-
tionibus gerantur, ignoratis: respicite fi-
nitimam Galliam, quæ in provinciam re-
dacta, iure & legibus commutatis, secu-
ribus subiecta, perpetua premitut serui-
tute. Itaq; Cic. Pro Fôteio, Referta, inquit
Gallia negotiatorū est: plena ciuiū R. ne-
mo Gallorū sine ciue R. quicquā negotij
gerit. numus in Gallia nullus sine ciuum
R. tabulis cōmouetur. Triplex autē erat
seruit: primū ut imposito præsidio firma-

C.ij.

rentur. quāquam quæ pacatæ satis & sedatæ prouinciaæ videbantur, in eas non magnæ copiæ mittebantur. Galliam certè Iosephus libro belli Iud. 2. scribit, Imp. Titi tempore mille tantum & ducentorum militum præsidio firmatam fuisse: quanquā, inquit, annos ferè octingentos de libertate cum Romanis pugnarint: & penè plures ciuitates, quam Romanos milites præsidiarios habeant. Alterum seruitutis genus fuit, ut Prouinciaæ Romanis stipendiariæ ac vestigales essent, eoque nomine publicanos apud se habere cogerentur: id est, harpiyas & hirudines, quæ prouincialium sanguinem exubabant. Eutropius autem libro 6. memoriae prodidit, Cæsarem subasta Galliaæ tributi nomine imperasse H. S. quadringentes: hoc est, scutatorū, ut nūc loquimur, decies cētēna millia. Tertia prouincialium seruitus erat, ut ne legibus suis patriis vteretur: sed eis magistratus à populo R. cū imperio & securibus mitteretur, qui in iis ius dicerent. Hanc triplicem seruitutem cùm omnes ferè prouinciales, tum verò Galli nostri ægerrimè molestissimæque tulerunt. Itaque non longo

go post Cæsaris victorias interuallo, imperante Tiberio, Cornel. Tacit. auctor est, Gallæ ciuitates ob continuationem tributorum, saeuitiam fœnoris, & superbiam præsidentium (hæc enim lib. 3. illius verba sunt) rebellionem fecisse. post etiam Nerone imperante, Suetonius scribit, Gallos illius imperium pertæsos, ab ipso defecisse. Talem Principem (inquit cap. 40) paulò minus per xii. annos per pessus terrarum orbis tandem destituit: initium facientibus Gallis. Diuisæ autem sunt à Romanis Gallæ omnes in sexdecim prouincias: Viennensem, Narbonensem primam, Narbonensem secundam: Aquitaniam primam, Aquitaniam secundam, Nouempopulanam, Alpes maritimæ, Belgicam primam, Belgicam secundam, Germaniam primam, Germaniam secundam, Lugdunensem primam, Lugdunensem secundam, Lugdunensem tertiam, Maximam Sequanorum, & Alpes Græcas. quemadmodum Antoninus in Itinerario, & Sextus Ruffus tradunt. Subtilius autem singulas enumerat Ammianus Marcellinus lib. 15. Nunc, ut ad institutum reuertamur, incredibile dictu

C. iij.

est,quām indignēatq; acerbē Galli Romanorum latrōcinia tulerint: quāmque crebræ ab iis defectiones rebellionēsque numerentur. quanquam cūm per se satis virium ad depellendam Romanorum tyrannidem non haberent, vetus institutū tenebant, vt Germanos mercede conductos ad suum auxiliū euocarent. Unde Frācicarum coloniarum semina primum exorta sunt. Nam Germani siue à Romanis vieti, siue (quod probabilius videtur) pretio empti, cœpere sensim in Galliæ finibus sedes collocare. Hinc illud Suetonij in Augusto: Germanos ultra Albin fluuium summouit: ex quibus Sueuos & Sicambros dedentes se traduxit in Galliā, atque in proximis Rheino agris collocauit. Idē in Tiberio: Germanico bello quadraginta millia deditiorum traiecit in Galliam, iuxtāque ripam Rheni sedibus assignatis collocauit. Neque verò prætereūdum est, quod Flavius Vopiscus de Probi Cæsaris imperio memoriae prodidit: quo tempore vniuersa propè Gallia, hoc est, sexaginta ciuitates, ab imperio Romano descierunt, armaque cōmuni consilio libertatis

tatis recuperandæ cauſſa ceperunt. His
gestis, inquit, cum ingēti exercitu Gal-
lias petit, quæ omnes occiso Postumo
turbatæ fuerunt, imperfecto Aureliano à
Germanis poffeffæ. Tanta autem illic
prælia feliciter geslit, ut à Barbaris hexa-
ginta per Gallias nobilissimas recipere
ciuitates. Et cùm iam per omnes Gal-
lias ſecuri vagarētur, cæſis propè quadri-
gentis millibus, qui Romanum occupa-
uerant ſolum, reliquias vltra Nicrum flu-
uium & Albin remouit. Quàm crudelis
autem & immanis Romanorum domi-
natus fuerit, quàm acerba Iattocinia,
quàm tetra, & obſcœna vitæ cōſuetudo,
quātōque illa odio atque acerbitat Gal-
lis hominibus, ſed præſertim Christianis
fuerit, nullius opinor ex ſcriptis, me-
lius quàm ex Saluiani Maſſiliensis Epi-
ſcopi libris de prouidentia, cognosci
potest. Itaque incredibile dictu est,
quæ Germanarum gentium copiæ
Gallis non modò fauentibus, verum-
etiam adiuuantibus, ſeſe in Gallias
effuderint. Vnde illud Latini Pacati ad
Theodosium: Vnde igitur exordiar, ni-
fi à tuis Gallia malis, quæ ex omnibus

terris, quas illas pestis infederat, haud iniuria tibi vindicas priuilegium miseriarum; Earum autem Germanicarum gentium partem Francos nostros fuisse, cum ex Sidonio Apollinari, tum verò præsertim ex illius Saluiani locis compluribus planissimè intelligitur.

De ortu Francorum, qui Gallia occupata, eius nomen in Franciam vel Francogalliam mutarunt.

CAP. IIII.

Vare instituti nostri ratio postulat, ut hoc loco de Francorum ortu, primisque sedibus & tanquam incunabulis inquiramus. Qua in disquisitione illud summè admirandum videtur, quod cum Francorum nomen per tot annos magnā totius Europæ partem occuparit, cāmque Germaniæ gentē fuisse constet, tamen eorum mentio neque apud Ptolemæū, neque apud Strabonē, aut Plinium, ac ne apud Corn. quidem Tacitum vlla reperiatur: qui tamen Germanicarum omnium gentium situs & nomina mira diligentia persecutus est. Nam de Francici quidem nominis ampli-

plitudine pāuca hæc ex multis testimonia proferemus. Primum ex Iohan. Nauclero, Generat. 27. vbi sic loquitur: Carolus Magnus Rex Francorum dicebatur: quod idem erat ac si nominatus fuisset Rex Germaniæ & Galliæ. Nam clarum est, quod eo tempore omnis Gallia Transalpina, & etiam Germania, à montibus Pyrenæis usque in Pannonias, Francia cebatur: illa, id est, Germanica, Francia Orientalis: alia, id est, Gallica, Fracia Occidentalis. in quo veræ historiæ cōfentiūt omnes. Eguinarthus in vita Caroli Magni, Carolus, inquit, regnum Francorum quod post patrem Pipinum magnū quidem & forte susceperebat, ita nobiliter ampliavit, ut pene duplum illi adiecerit. Nam cum prius non amplius quam ea pars Galliæ, quæ intra Rhenum & Ligerim, Oceanumque & mare Balearicum iacet, & pars Germaniæ, quæ intra Saxoniam & Danubium, Rhenumque ac Salam flumen, postea à Francis qui Orientales dicuntur, incolitur, & præter hæc Alamanni atque Baioarij ad regni Francorum potestatem pertinet. et, ipse per bella memorata primò Aquitaniam, &c.

Otto Frisingen. Chronic. 5. cap. 9 Erat autem Francorum iam terminus (loquitur de Dagoberti Regno) ab Hispania usque in Pannoniam, duos nobilissimos ducatus, Aquitaniam & Baioariā. Sed multo copiosius postea lib. 6. cap. 17, cumque imitatus Godefridus Viterb. Chronic. parte 17. sub anno 881. Porro, inquit, Arnulphus totā Orientalem Franciam, quae hodie Teutonicum regnum vocatur, id est, Bauariam, Sueuiam, Saxoniam, Turingiam, Phrigiam, & Lotharingiam rexīt. Occidentalem verò Franciam Odo tenuit. Idem sub anno 913. Mihi ex multis scriptorum auctoritatibus patuit regnum Teutonicorum, quod Imperator Fridericus nostro tempore possidet, partē esse regni Francorum. Ibi enim primi Fraci fuerunt cis citrāq; Rhenū: quae hodie Francia Orientalis usq; ad terminos Bauariæ appellatur. Fracia verò Occidentalis, est regnū illud, quod est cis citrāq; Sequanam & Ligerim fluuios. Et mox: Tempore Caroli Magni regis Fracorum, tota Gallia, id est, Celtica, Belgica, Lugdunensis, omnisq; Germania, quae est à Rheno usq; ad Illyricū, vna Fracia fuit.

quæ

quæ omnia ex Ottone, ut dixi, ferè descripta sunt. Vitichindus Saxo lib.1. Ultimus Carolorū apud orientales Fracos imperatiū Lothouicus, &c. Notadūetiā est, quod Regino in Chr. anni DLXXVI. ita scribit: Mortuo Pipino Rege, Ludouicus eius filius, qui ad patris obitū fuerat, & funeris eius obsequia celebrauerat, apud Fracofurt, Orientalis regni principalē sedē, residebat. Liutprandus Ticin. lib.1. cap.6. Simul ut Vvido, quā Romanā dicūt Franciā, Berēgarius Italiā obtineret. Et paulò post: Cūq; Burgundionū regna trāsiens, Franciā, quā Romanam dicunt, ingredi vellet, &c. Romanam autem Franciam iccirco appellabant, primum quia Galliam quæ Romanis paruerat, Franci occuparant. deinde quoniam Romana lingua in ea regione usitata erat: quemadmodū superiū diximus: vnde vetus natus locutio, Loqui Romanū, de iis qui Germanicē siue Francicē nō loquebātur. Indidēmque factum est, ut eadē Gallia Romana diceretur. Regino lib.2. sub anno 939. Interim Ludouicus Rex Galliæ Romanæ filius Caroli, cōsilio inimicorū Regis Alsatiā inuadit. Hinc illud Ottonis

Frising. Chron. 4. cap. pen. Videtur mihi inde Francos, qui in Galliis morantur, à Romanis linguam eorum, qua usque hodie utuntur, accommodasse. Nam alij qui circa Rhenum, ac in Germania remanserunt, Theutonica lingua utuntur. Et hunc nimium familiariter imitatus multis locis Godfridus Viterb. parte 17. cap. 1. Videntur, inquit, mihi Franci in illis temporibus linguam Romanā, qua usque hodie utuntur, ab illis Romanis, qui ibi habitauerant, didicisse. His ex locis perspicuum est, miram Francorum nominis amplitudinem atque auctoritatem fuisse: quippe, cum magnam Europæ partem occuparet. Quinetiam videntur Germanos in Neapolitanum & Siculum Regnum ab Imp. Friderico II. traductos, ibique tanquam colonos praesidio collocatos, Francorum nomine appellatos fuisse. Petrus de Vineis libro Epist. 6. cap. 25. Viuens iure Francorum, in eo videlicet, quod maior natu exclusis minoribus fratribus in castro ipso succedit. Imp. Fridericus II. Neapol. const. lib. 2. tit. 32. Ingerentes se casus praesentis materia circa Francos, qui personarum suarum

rum, plurimarumque rerum suarum omnium fortunam in monomachiam, quæ Duellum vulgariter dicitur, reponebat. Et mox: Prædictum igitur probationis modum, quo iure Francorum viuentes vtebantur. Item li.2.tit.33. Quod ius inter omnes tam Francos, quam Longobardos in caassis omnibus volumus esse cōmune. Hæc cùm ita sint, tamen Gregorius Turo. Episcopus, qui de Francorum ortu octingentis ab hinc annis scripsit, initio historiæ suæ testatur, se, cùm accuratè de Francorum ortu quæsiuisse, nihil tamen certi comperisse: quamuis veterem quandam illorum historicum habuerit Sulpitium Alexandrum: qui neque de primis illorum sedibus, neque de Regni primordiis quicquam affirmavit. At nos ex ea régione Fracos primū ortos animaduertimus, quæ inter Albim & Rhenum interiecta, Oceano alluitur: vbi ferè Chauci maiores & minores collocantur: populus (vt ait Tacitus) inter Germanos nobilissimus: quique magnitudinem suam iustitia tuetur, & Batauorum regioni finitus erat. Nam primū omnium satis constat, Francos in

ota maritima sedes habuisse, locis admodum palustribus: reique nauticæ peritisim os, & in bellis maritimis exercitatisim os fuisse. Quarum rerum documenta hæc extant. primum apud Claudianum, qui Stiliconi victorias gratulans , ita scribit:

*Ut iam trans fluminum non indignante Chayco,
Pascat Belga pecus, mediumque ingressa per Albin
Gallica Francorum montes armenta pererrent.*

Quo loco Chaycos poetice appellauit, quos Geographi Chaucos nominarunt. De maritima verò illorū regione Panegyricus Cōstantino Magno dictus, testimonio est, vbi Rhetor ita loquitur: *Quid loquar rursus intimas Franciæ nationes, non iam ab his locis quæ olim Romani inuaserunt, sed à propriis ex origine suis sedibus, atque ab ultimis Barbariæ litoribus auulsas: ut in desertis Galliæ regionibus collocatae, pacem Romani imperij cultu iuaret, & arma delectu. Rursus in altero Eumenij rhetoris Panegyrico, vbi sic loquitur. Aut hæc ipsa, quæ modò definit esse barbaria, nō magis feritate Frācorum, velut hausta desederat, quam si eam circumfusa flumina & mare alluēs operuisset.*

operuisset. Eodémque pertinet Procopij testimonium belli Gortici lib. i. nam vbi eum locum describit, quo Rhenus in Oceanum influit: His, inquit, locis nō mediocres sunt paludes: vbi antiquitus Germani habitabant: natio barbara, nec magna tum existimationis homines, qui nunc Franci nominantur, quem Procopij locum Zonaras cōmemorat Annal. to. 3. Eodē etiā pertinet ille Flau. Vopisci locus, in vita Probi Imp. vbi scribit, Francos à Probo in uis paludibus profligatos. Testes sunt, inquit, Frāci in uis strati paludibus, Item illud Sidonij Apollinaris,

Francorum & penitissimas paludes

Intrares venerantibus Siccambris. Iā verò q de Chaucorū vicinitate diximus, ea planissimè ex collatione locorū, & vtrorū que sediū descriptione, p̄spicitur. Chaucorū quidē apud Plin. lib. 16. c. 1. Franco- rū verò, apud illum Rhetorem Panegyristem. Nā Plin. quidē ita loquitur: Sunt in Septētrione visæ nobis Chaucorū gētes, qui maiores minorēsque appellātur, vasto ibi meatu: bis dierū noctiūmq; singularū interuallis effusus in immēsū agitur Oceanus, æternā operiēs rerū naturæ

controuersiam : dubiumque terræ sit, an
 parte in maris. At Panegyristes : Quan-
 quam , inquit, illa regio diuinis expedi-
 tionibus tuis Cæsar vindicata atque pur-
 gata , quam obliquis meatibus callidis
 (sic legendum ut in libris vulgatis, non
SCALDIS CALDIS, ut quidā reposuit) interfluit:
 quānq; diuortio sui Rhenus amplectitur,
 penè, ut verbi periculo loquar, terra non
 est. ita penitus aquis permaduit , ut non
 solum quæ manifestè palustris est, cedat
 adnixum , & hauriat pressa vestigiū : ve-
 rum etiam vbi paulò videtur firmior, pe-
 dum pulsu tentata quatatur : & sentire
 se procul mota pondus testetur. Patefa-
 ctum igitur arbitramur esse locum, vnde
 propagata in Galliam Francorum natio
 est: palustris videlicet ea regio, quæ in-
 ter Albim & Rhenum Oceanum attin-
 git. Quod eo etiam arguento confir-
 mari potest , quod Franci maritimorum
 rerum usum maximum habebant , laté-
 que per eam oram vagabantur. Nam Eu-
 tro.lib.9.vbi Gallieni Imperatoris histo-
 riā percurrit: Post hæc tempora , in-
 quid, Carausius cum per tractum Belgi-
 ex Armoricae pacandum mare accepisset,
quod

quod Franci & Saxones infestabat. Quia
eadem de re Paulus quoque Orosius lib.
7. commemorat. Eodem pertinet alter
in illo, quem aliquoties iam protulimus,
Panegyrico, locus, vbi Rhetor ita loqui-
tur: Franci, inquit, præter cæteros truces,
quorum vis cum ad bellum efferueretur,
ultra ipsum Oceanum æstu furoris eue-
cta, Hispanorum etiam oras armis infe-
stas habebat. Itaque Justinianus Imper.
li. Cod. 2. vbi præfecti prætorio Africæ of-
ficiū exponit, mentionē facit Francorū;
qui in parte quadam Galliæ finitima His-
paniæ consederat. Memorabile est autem
& ad bellicæ laudis gloriæ insigne, quod
alio Panegyrici loco narratur, exiguae
Francorum copias, quos Imperator Pro-
bus bello superatos in Pontum captiuos
abduxerat, nauibus aliquot interceptis,
usque in Græciā & Asiā vagatos esse: Si-
ciliā inuasisse: Syracusas cepisse: post onu-
stos præda & spoliis per fretum Herculeum
in Oceanum reuertisse. Recursabat, inquit,
in animos, sub diuō Probo, & paucorū
ex Frâcis captiuorum incredibilis auda-
cia, & indigna felicitas: qui à Ponto us-
que correptis nauibus, Græciā, Asiamq;

D.j.

populati , nec impunè plerisque Lybiæ
littoribus appulsi , ipsas postremò nauali-
bus quondam victoriis nobiles ceperat
Syracusas : & immenso itinere pér mensi
Oceanum , quæ terras rupit , intrauerant:
atque ita euentu temeritatis ostenderat ,
nihil esse clausum pitaticæ desperatio-
ni , quò nauigiis pateret accessus . Et ad
hanc disputationem ea quoque aucto rū
loca referēda sunt , ex quibus intelligi-
tur , Francorum sedes Batauorum finibus
propinquas fuisse . Nam rhetor ille Maxi-
mianum & Constantinum alloquens :
Multæ , inquit , ille Francorum millia , qui
Batauiam aliásque cis Rhenum terras in-
uaserat , interfecit , depulit , abduxit . Præ-
terea insignis extat locus apud Corn . Ta-
cit . in li . 20 . vbi de Batauiæ & Frisiæ vici-
nitate commemorans , Caninefates quo-
que admiscet : quorum eam scribit con-
fuetudinē in Rege creando fuisse , quam
posteriorius verè Frācicā fuisse ostēdemus .
Missi , inquit , ad Caninefates . qui consilia
sociarent . Ea gens partē insulæ colit , ori-
gine lingua , virtute par Batauis : numero
superat . Et mox Brinnio impositus scu-
to , more gentis , & sustinentium humeris
vibratus ,

vibratus, dux deligitur. Quæ verba haud exigui esse ad nostram disputationem momenti, posterius, cùm ad eum locū ventum erit, intelligetur. Quæ cùm ita se habent, satis equidem admirari Adr. Turnebi doctissimi viri iudicium nō possum, qui tam multis veterum auctorum locis pro nihilo habitis, scripsit, videri sibi Frācos ex Scandinauia oriundos: propterea quod apud Ptolemæū in illa insula Phirassi collocantur. Quam vocem corruptam, & F R A N C I reponendū censet. Neque tamen præter meram diuinationem ullam huius opinionis suæ rationē affert, quæ tamen opinio à veterum Scriptorum omnium auctoritatibus apertissimè dissidet. De ceteris verò propè omnibus, qui fabulis delectati, Francorum originem ad Troianos & Priami filium Francionem nescio quē retulerunt, tantum dicimus, Poëtis illos, non historicis scribendi argumentū præbuuisse: eoque in numero primum meritò locum Guillielmo Bellayo tribuimus: qui cùm omnium optimarum artium doctrina, summaque ingenij laude præstaret, tamen in libello de Galliæ & Fraciæ antiquitatibus, non

D.ij.

Francogallicæ historiæ , sed Amadisi-
carum fabularum instituisse tractatio-
nem videtur.

*De Francorū nomine, variisque excursionibus, &
quo tempore regnum sibi in Gallia constituerint.*

C A P . V .

Sed ratio postulat, ut de hoc
Francorum nomine paulò
attētius cōsideremus : quod
nusquam in Germaniæ de-
scriptione reperiri superius
diximus. Ne diutius teneam, necesse est
vel Francotum gentem tenuem obſcu-
ramque fuisse , à qua tamen tātarum re-
rum gerēdarum initia nata sunt : quem-
admodum in Suitis tenuissimo Helue-
tiorum pago vñuenit, à quo cùm recu-
perandæ libertatis auctores orti primūm
fuissent ; Suiterorum nomen in Helue-
tios omnes propagatū est: vel, quod mihi
verisimilius videtur, fictam ex re & occa-
ſione appellationem fuisse:cùm ij, qui se
libertatis recuperandæ principes atque
auctores profiterētur , FRANCOS se
nominassent:qua voce liberos,& seruitu-
tis expertes , apud Germanos intelligi ,
satis inter eruditos & literatos Germa-
nos

nos constare video. indéque Francum
populari lingua , pro libero & immuni:
& Franciam , pro asylo usurpamus : &
Fráciſare, pro in libertatem aſterere. Ita-
que rectissimè Ant. Sabellius Ennead.x.
lib. III. Frácos, inquit, Itali liberos appel-
lant: quippe cùm Itali ex Germanorū e-
luuionibus promanarint. Eius autem rei
primum argumentum est , quòd Proco-
pius lib. Gott. bell. i. memoriae prodidit,
Frácos antiquitus generali nomine Ger-
manos appellatos fuisse. pòst verò quàm
è finibus suis excesserūt, Francorū nomē
obtinuisse. Alterum est, quod Corn. Ta-
citus lib. 20. vbi de Caninefatibus loqui-
tur (quos Francorū finitos, vel potius
populares, atque adeò Francos ipfos na-
tiuos fuisse ostendimus) eorumque primā
aduersus Romanos victoriam describit,
his vtitur verbis: Clara ea victoria in præ-
fens, in posterum usui: armáque & nauis
quibus indigebat adepti, magna per Ger-
manias Galliasque fama, LIBERTATI-
S AVCTORES celebrabantur.
Germaniae statim misere legatos, auxilia
offerentes. Valeat igitur omen, ut FRAN-
CI verè proprięq; dicātur, qui Tyrānorū
D.iij.

seruitute depulsa, honestā , etiam sub regum auctoritate, libertatem sibi retinendam putarunt. Non enim regi parere, seruitus est : neque qui regi parent, continuo servi habendi sunt. sed qui Tyranni libidini, aut latroni, aut carnifici, tanquam pecudes lanioni sese subiiciunt, iij demū vilissimo setuorum nomine appellandi sunt. Itaque reges semper Franci habuerunt, etiam tum, cùm assertores se ac vindices libertatis profitebantur : & cùm sibi reges constituerunt, non tyrannos, aut carnifices : sed libertatis suæ custodes, præfectos, tutores sibi constituerunt. quemadmodum ex Francogalliae Reipublicæ forma posterius intelligetur. Sic Salustius regem primis temporibus à Romanis habitum scribit, conservandæ libertatis atque augendæ Reipubl. caussa. Vbi verò suam libertatem labefactari Regum insaniis senserunt, tum iis pulsis suam tibi tutandam libertatem iudicarunt. Quæ verò Iohannes Turpinus nescio quis, monachus certe stolidus atque imperitus, qui Caroli Magni, non vitam, sed fabulam conscripsit, de Francorum vocabulo nungatur,

tur, ut qui pecuniam ad Dionysianum templum ædificandum cōtulisset, Francus, id est, liber diceretur: quasi nomen illud Regis illius Caroli tempore demum natum sit: ne memoratu quidem dignum est: non magis quām reliqua illius omnia, fabulis anilibus ac deliriis referta. Nostram porrò de Francorum nomine coniecturam adiuuat, quod Gregorius Turon. Ado Viennensis, Sigebertus, Abbas Vrsperg. Godfridus Viterbiensis scribunt, Francos à libertate, & (ut illi ad vocis notionem alludentes loquuntur) à ferocitate nomen inuenisse: propterea quod Valentinianni Imperatoris stipēdarij esse, tributaque aliarum nationum more penderere recusarent, non quod Francorum nominis mentio non multo antiquior sit Valentinianni Imp.ætate. nam (ut superiorius demonstratum est) amplius centum antē annis sub Gallienis Impp. usurpata est. sed quia finitimi populi cū Francorū exēplum virtutēmq; imitarētur, seseq; ex Romanorum tyrannide in libertatē vindicarent, eorundē etiā nomē usurpandū putarūt. Nā q; Hunibaldus ait nominatos

D.iiiij.

à Franco Antharij Sicambrorum Regis: idque factum addit Octauiano Augusto filio imperante: primum ab omnium Romanorum & Græcorū historiis alienum est , apud quos nulla tam antiquis temporibus Francorum mentio reperitur: ut superius demonstratum est. Deinde cùm illi populi Regem sibi crearent , (sicuti & iam prius dictum est , & postea dicitur) perabsurdum est , existimare , populum à Rege potius , quàm regem à populo denominatum. Multo verò absurdius est , eosdem dicere Francos & Sicambros fuisse: propter hemistichium à diuo Remigio in Clodoueo baptisādo usurpatum : Mitis depone colla Sicamber. Nam alios Francos, alios Sicambros fuisse , versus illi Sido. Apollinaris declarant.

*Francorum & penitissimas paludes
Intrares, venerantibus Sicambris.*

Quare ut illud à Remigio usurpatum hemistichium concedamus, tamen alludiendi potius , quàm veri nominis designandi caussa , id factum esse probabile est. Verùm , vt ad institutum redeamus , illud verissimè dici ac prædicari

prædicari potest, omen Francorum nominis, hoc est (vt Corn. Tacitus interpretatur) auctorū libertatis ita faustum, felix, fortunatūmque fuisse, vt ex eo victoriæ propè innumerabiles consecutæ sint. Nam postea quām illo consilio Frācīe suis finiibus excesserunt, non modò Germaniam, patriam communem, verumetiam Galliam, ad extremum etiam Alpes transgressi, partem Italīæ non mediocrem à Romanorum tyrannide liberarunt. Prima autem & antiquissima huius illustrissimi nominis mentio reperiatur non sub Imp. Decio, vt quosdam nimium confidenter affirmare video: sed sub Imp. Gallieno, hoc est, circiter annū Christianæ salutis C C L X. Nam Trebellius Pollio in eius vita: Cum ludibriis (inquit) & helluationi vacaret, neq; aliter Rempublicam regeret, quām cùm pueri fingunt per ludibria potestates: Galli, quibus insitum est luxuriosos principes ferre non posse, Postumum ad imperium vocarunt: qui tum Gallieni legatus Galliæ cum imperio præterat. Et paulò pòst: Contra Postumum igitur Gallienus bellum incœpit, & cum mul-

tis auxiliis Postumus iuuaretur, Celticis
ac Frācīcis, in bellū cum Victorino pro-
cessit. Quibus ex verbis intelligitur,
Gallos ad depellendam Gallieni Tyran-
ni seruitutem, Francorum, id est, auto-
rum libertatis, auxiliis vsos fuisse. Quod
idē breviter Zonaras significans in Gal-
lienī vita, ἐπολέμησε δὲ inquit, οράγγοις &c.
Altera eorundem mentio rursus occur-
rit apud Flau. Vopiscum, in Aurelianī
vita, his verbis: Apud Moguntiacum
Tribunus legionis sextæ Gallicanæ, Frā-
cos irruentes, cùm vagarentur per to-
tam Galliam, sic affixit, ut trecentos ex
his captos, septingentis interemptis,
sub corona vendiderit. Non enim Frā-
ci nostri in illo bello, non magis quām
alij in aliis, quantumuis iustis, semper
secundos præliorum euentus habuerūt.
Quinetiam à Constantino, qui postea
Magnus dicitus est, duo ipsorum Reges
capti, & bestiis in spectaculo quodam
obiecti memorantur. quam historiā Eu-
trop.lib. 7..& Rhetor in Panegyrico, quē
superiū aliquoties protulimus attingūt.
Et quoniā alio loco de bellis in Batauo-
rum finibus gestis idem Rhetor comme-
morat,

morat, quos à nostris non longè abfuisse ostendimus, verba eius subſcribemus. Multa, inquit Rhetor, Francorum millia qui Bataviam, aliaſque cis Rhenū terras inuaserant, interfecit, depulit, abduxit. Et alio loco: Terram Batavorum sub ipso quondam alumno suo à diuersis Francorum Regum gentibus occupatam omni hoste purgauit nec contentus viciſſe, ipſos in Romanas tranſtulit nationes: ut nō ſolum arma, ſed & feritatē ponere cogerentur. Quo ex loco non obſcurè intelligitur, Cōſtantinūm Francorum vi atque armis coactum, ſedes illis in Romani imperij finibus confeſſiſſe. Quinetiam Ammianus lib. 15. ſcribit, Francos exorto inter Cōſtantinum & Liciniū ciuili bello, pro Cōſtantini partibus ſæpenumetò fortiter decertasse. Sed & alio eiusdem libri loco, imperante Cōſtantino, Cōſtantini filio, Francos in Regia quā plurimos fuiffe memorat: magnaque apud Cæſarem in gratia atq; auctoritate fuiffe. Post haec, inquit, Malarichus ſubitò naectus, adhibitis Francis, quorum ea tempeſtate in palatio multitudo florebat. Iam vero imperante Iuliano, qui Apoſtata diētus eſt,

iidem Fraci Coloniam Agrippinam Romanorum servitute oppressam in libertatem vindicare conati sunt: eamque longa obsidione pressam ditionem facere coegerunt: quemadmodum idem Ammianus lib. 12. commemorat. Cumque ad flumen Salam aliquot è Francis confidissent, ea re, Salij dicti sunt. de quibus idem Ammianus eodem libro: Quibus patatis, inquit, petit primos omnium Fracos, eos videlicet quos consuetudo Salios appellauit: ausos olim in Romano solo, apud Toxiandriam locum, habitacula sibi figere per aliter. Rursus lib. 20. Regionem à Francis ultra Rhenum occupatam, & Franciam dictam, commemorat. Rheno, inquit, transmisso, regionem subito peruersit Francorum, quos Attuarios vocant, inquietorum hominum, licentius etiam tum percursanti extima Galliarum. Et lib. 30. ubi de Rege Macriano loquitur, quo cum Valentianus Imp. ad ripā Rheni, prope Moguntiacum pacem fecerat: Periit autem, inquit, in Francia, postquam dum interneceinè vastando perrumpit audius, operiit Mellobaudis bellicosi Regis insidiis

diis circumuentus. Hunc autem Francorum Regem Mellobaudem idem auctor lib. seq. fortē & bellicosum fuisse scribit, & ob virtutem militarem ab Imp. Gratiano Comitem domesticorum, & Legatum cum Nannieno factum fuisse, ut exercitum aduersus Lentiates Germanos educeret. Post verò imperante Honorio, propter paetam cum illo Imperatore societatem, Galliæ Romanæ fines aduersus Stiliconem tutati sunt. Nā Orosius lib. vlt. Excitatæ, inquit, per Stiliconem gentes Alanorum, Sueorum, Vandalorū, multæque cum his aliæ Francos proterunt, Rhenumque transeunt, Gallias inuadunt. Post Honorijs Imperat. ætatem perexigua de Francorum rebus gestis extat memoria. nam ad illa tempora referendum est, quod D. Ambrosius epistola 29. ad Imp. Theodosium scribit, Francos & in Sicilia & aliis locis cōpluribus Maximum Romanarum copiarum ducem superasse. Ille igitur, (inquit, de Maximo commemorans) statim à Francis, & à Saxonum gente, in Sicilia, Siciæ, Petauione, vbique denique terrarum vietus est. Verum imperante Valentinia-

no III, hoc est, circiter annum salutis Christianæ CCCC L. Illud auctōrū omniū consensu constat, Childericum Merouei Francorum regis filium, post annorum amplius ducentorum contentio-
nem, Galliam è Romanorum seruitute in libertatem vindicasse: primūque in ea Regni sui sedem certam stabilē-
que constituisse. Nam etsi nonnulli pri-
mos Francorum Reges Faramundum &
Clodiocrinitum numerant: tamen ne-
mini dubium est, alios antea complutes
Francorum reges fuisse, qui etiam trans-
missō Rheno in Galliā irruperunt: quo-
rum nemo pacatum in Galliæ finibus
imperium obtinuerit. Meroueus autem,
quem vulgò tertium numerant, Fran-
corum quidem Rex fuit: sed aduena, &
peregrinus, non in Gallia factus, non de-
nique Francogallorum, hoc est, gemel-
læ & consociatæ gentis iudicio & vo-
luntate creatus. Francorum denique Re-
ges illi omnes fuerunt: non Francogal-
lorum. Primus Childericus, Merouei
(vt diximus) filius à Francis & Gallis, pu-
blico gemellæ gentis consilio, rex Fran-
cogalliæ creatus est: posteaquam Mero-
ueus

ueus pater, Attilino prælio interfectus est, imperat̄e Valentiniano tertio, perditō ac libidinoso principe. Quo tempore Angli & Scotti, Britāniām: Burgundi Sequanorum, Aeduorum, & Allobrogum fines: Gotti, Aquitaniam: Vandali Africam atque Italiam, urbēmque ipsam Romanam occupabant. Hūni verò, Attila ducce, Galliam cædibus, atque incendiis vastabāt. Quām rei gerendæ facultatē Meroueus Francorū rex, nō aspernatus, magnis coniunctis copiis, Rhenum transmisit, ciuitatibusque cōpluribus ad eum recuperandæ libertatis caussa confugientibus, tandem interiores Celtarum vrbes occupauit. Attila autem cum exercitum haberet hominum circiter quingentorum millium, latè per Galliam, Tholosam usque vagatus est. Erat tum Galliæ Præses AEtius, qui Attilæ potentiam veritus, Gottes sibi fœdere ac societate adiunxerat. Horum auxiliis iustructus, prælium cum Attila commisit, cecidisseque dicūtur eo prælio nō minus centum & octoginta hominum millibus. At viator AEtius, cùm apud imperatorem Valentinianum in regni ap-

petendi suspitionē adductus esset, ipsius iussu necatus est. Aliquantò pōst Imperator ipse quoque opera Maximi, de quo superiùs mētionem fecimus, est interfectus. Meroueo mortuo, vñāque iam è duabus Gallorum & Francorum gētibus ciuitate facta, vniuersi coniunctis animis, Childericum Merouei filium regē sibi deligunt: scutōque de more impolitum, atque in humeros sublatum, ter circum comitia deportant: & plausu vndique excitato, summisque omnium gratulationibus, regem Francogalliæ cōsulant. Quarum terum omnium auctores habemus Sidonium Apollinarē, Paulum Diaconū, Gregorium Turonensem, Ottonem Frisingensem, Aimoinum, & ceteros: quorum testimonia, nec ita multò pōst, vbi, de regis inaugurandi more dicendum erit, proferemus. De vrbium quidem occupatione, Ottonis lib. 4. cap. pen. verba hæc sunt: Franci Rheno transmisso, Romanos qui ibi habitabant, primò fugant, pōst captis Tornaco & Cameraco, Galliæ vrbibus, ac inde paulatim progrediētes, Rhemos, Sueſsionē, Aurelianū, Agrippinā, Treuerim subiugant.

Neque

Neque verò prætermittēdus est insignis Hunibaldi locus , apud quem scriptum ita est: Merouei tempore Franci penè totam Galliam suo regno adiecerunt: Romanorū iam viribus imminutis , ac deficiētibus : præsertim post Aetij mortem , quem Valētinianus ex inuidia occiderat. Franci ergo Gallis commixti de ipsorum filiabus sibi acceperunt vxores: genuerunt filios & filias : qui omnes dicerunt linguam eorum , simul & mores : cum quibus sunt deinceps conuersati usque in præsentem diem. Hæc ille: quibus consentanei sunt iij auctorum loci , in quibus per illa tēpora Galli & Franci promiscuo nomine appellantur. velut apud Paul. Diaconum , lib. de gest. Langob.3. cap.15. Galli autem yehemēser afflicti : et si multi capti , plurimi tamē per fugam elapsi vix ad patriam reuertuntur. tantāque strages facta est de Francorum exercitu , quanta nunquā alibi cōmemoratur. Atq; hæc quidē de pri mo Frācogalliæ rege, summatim. quibus illud subiungendum est: Cūm hoc Francogalliæ Regnū annos ferē mille ducētos durarit , tres tantūm per id omne

E.j,

tempus Regum familias numerari : Merouingiorum , qui orti à Meroueo stirpem ad annos ducentos octoginta tres propagarunt : Carlouingiorum , qui orti à Carolo Magno , sobolem in annos trecentos triginta septem produxerunt : & Capeuingiorum , qui ab Hugone Capeto prognati , per quingenos iam & octoginta annos Regnum obtinenterunt.

Regnum Francogalliae vtrum hereditate, an suffragiis deferretur, & de Regum creandorum more.

C A P . VI.

Sed hoc loco præclara quaestio exortitur , & ad maiorum sapientiam cognoscendā aptissima , vtrum Frācogalliae regnum hereditario iure , an verò populi iudicio & suffragiis deferretur . Germaniæ quidem Reges (quo ex genere Francos nostros fuisse , superius demonstratum est) suffragiis creari solitos , Cornelius Tacitus in libello de moribus Germanorum testatur : Reges ,

ges, inquit, ex nobilitate, Duces ex
virtute sumunt. Quod institutum e-
tiam nunc Germani, & Dani, & Sue-
vi, & Poloni retinent: ut Reges qui-
dem in Concilio gentis eligant: filij ta-
men prærogatiuam habeant: & (ut Ta-
citus memoriae prodidit) ceteris præ-
ferantur. Quo instituto, haud scio, an
quicquam sapientius aut Reipublicæ
salutarius excogitari potuerit. Nam (ut
Plutarchus in Sylla luculenter monet)
quemadmodum venatores non quod
ex generoso cane natum est, sed canem
ipsum generosum querunt: equites non
quod ex equo generosissimo natum,
sed equum ipsum expertunt: eodem mo-
do qui Rempublicam constituunt, ma-
gno errore ducuntur, si quis Princeps si-
bi agnatus sit, potius quam qualē ha-
bituri sint, exquirat. Eò accedebat, quod
parētes successionis illius spe ad suos fi-
lios præclare instituēdos adducebātur,
ne tāquā paterna successione indigni à
populo repudiaretur. Atque hanc maio-
rū nostrorū in Frācogallia regno cōsti-
tuēdo sapientiā fuisse, documēto est, pri-
mū Caroli Magni testamentū, apud

E.iij.

Ioan. Nauclerum, & Hen. Mutium editū, in quo clausula hæc extat: Quod si filius cuilibet horum trium filiorum meorum natus fuerit, quem populus eligere velit, ut patri suo in regni hereditate succedat, volumus ut consentiant patrui ipsius: & regnare permittant filium fratris sui in portione Regni paterni. Quinetiam memorabile est, quod Regino lib. Chron. 2. scribit, sub anno D C C C V I, cum Carolus Magnus tres filios haberet, quibus maturè in vita sua consulere volebat: cū primoribus (inquit) & optimatibus Francorum de partitione sui regni inter filios suos placitū habuit. & diuisione facta inter tres partes, testamētum de illa fecit, quod per sacramentum interpositum à Francis confirmatū est. Sic Eguinarthus in eiusdem Caroli vita: Euocatum ad se Ludouicum Aquitaniæ regem, qui solus filiorum Hildegardis supererat, congregatis solenniter de toto Frâcorum regno primoribus, cunctorum consilio conformem sibi totius regni fecit. Sed superiores videamus. Nam Aimoinus quidem libro. i. cap. 4. de Faramundo, quem vulgo (ut dixi) primum Francorum Regem

gem numerant, ita loquitur: Regem
verò ceterarum more nationum Fran-
ci sibi eligentes, Faramundum folio
sublimat regio. Sed multo copiosius Hu-
nibaldus, scriptor vetustissimus: Anno,
inquit, CCCC V. omnes Duces, pro-
ceres, & nobiles Francorum in mense
Martio conuenerunt apud Neopagum
pro noui Regis electione facienda. Et
mox, Hi omnes cum ceteris uno con-
sensu Faramundum de regio genere or-
tum vnanimiter in Regem elegerunt.
Rursus Aimoinus libro 4. cap. 51. Fran-
ci autem Danielem quendam clericum
cæsarie capitis crescente, in regnum sta-
biliunt, atque Chilpericum nuncupant.
Item lib. 4. cap. 67. Mortuo rege Pipino
filij eius Carolus & Carolomannus con-
sensu omnium Francorum Reges cre-
ati sunt. Et alio loco, Mortuo Pipino,
Franci facto solenniter conuentu, am-
bos sibi eius filios reges constituunt,
ea conditione præmissa, ut totum re-
gni corpus ex æquo partirentur. Et rur-
sus post alterius è vita excessum: Ca-
rolus autem frater defuncto consensu
omnium Francorum Rex constituitur.

E.ijj,

Atque hæc quidem ex Aimoino. Similia autem apud Gregorium Turonensem testimonia complura extant, è quibus pauca hæc proferemus. Nam libro secundo, capite 12. Franci, inquit, electo Childerico Eudonem sibi vnanimiter Regem asciscunt. Item libro 4. capite 51. Tunc Franci qui quondam ad Childebertum aspèxerant seniorem, ad Sigebertum legationem mittunt: ut ad eos veniens, derelicto Chilperico, ipsum per se Regem stabilirent. Et aliquanto post: collectus est ad eum omnis exercitus: immo possumusque super clypeo sibi Regem statuiri. Item alio loco: Sigebertus Francis consentiens, more gentis impensus clypeo, Rex constitutus est, ac Regnum fratris sui Chilperici adeptus. Et non ita multo post: Burgundiones & Austrasij cum reliquis Francis pace facta, Clotarium in tribus totis Regnis super se Regem levauerunt. Quod idem Abbas Uspiegensis confirmat: Burgundiones, inquit, & Austrasij facta pace cum Francis, Clotharium in monarchia totius Regni Regem sublimauerunt. Et paulo post: Franci alterum eius fratrem

Hil-

Hildericum, qui Austrasiis iam impe-
rabat, super se Regem constituunt. Eo-
dem pertinet, quod Liutprandus Le-
uita Ticinensis libro 1. capite 6. ita
scribit: Cūmque Burgundionum regna
transiens, Franciam, quam Romanam
dicunt, ingredi vellet, Francorum nū-
tij ei occurrunt, se redire nuntiantes: eo
quod longa expectatione fatigati, cum
sine rege diutius esse non possent, Odo-
nem cunctis petentibus elegerunt. Fer-
tur autem hac occasione Fracos Vido-
nē sibi regē nō assump̄isse, &c. Sed de
hoc Odone memorabilis & Reginonis
& Sigeberti narratio est, ex qua plānius
etiam de regis filio repudiato, & alieno
ascito cognoscitur. Nam Regino qui-
dem libro secundo, sic loquitur, sub
anno 888. Interea Galliarum populi in
vnum congregati, Ottонem Ducem
filium Ruoperti, cui p̄tæ cetetis for-
mæ pulchritudo & proceritas corporis
& virtum sapientiæque magnitudo in-
erat, Regem super se pari consilio &
voluntate creant. Sed & Anna-
lium Rhemensium scriptor: Quam
quotidie, inquit, copiis Roberti de-

E.iiij.

crescentibus decrescerent Caroli, clam tandem secedens cum Haganone trans Mosam proficisciatur. Franci Robertum seniorem eligunt, ipsique se se commitunt. Itaque Rex, Rhemis apud S. Remigium ab Episcopis & primatibus regni rex constituitur. Sigebertus verò sub anno 890. hoc modo: Franci verò neglecto Carolo Ludowici Balbi puerō, vix decenni, regem sibi præficiunt Odonem filium Roberti Ducis, quem à Nortmannis occisum suprà diximus. Item Otto Frising. Chron. lib. 6. cap. 10. Occidentales, inquit, Franci, Odonem Roberti filium virum fortē, consensu Arnolphi regem creant. Quæ testimonia eo magis notanda atque obseruanda sunt, quod populi ius demonstrant summum fuisse, non modò in Regibus diligendis, verum etiam in Regum filijs repudian-
dis, & alienis asciscendis. quod etiam post Caroli Simplicis mortem usū ve-
nit. Nam Regino sub anno D C C C C
XXV. Carolus Rex, inquit, in custodia,
qua tenebatur, obiit. qui fertur vir hebe-
tis esse ingenij, & minus aptus utilitati-
bus

bus regni. Omnes etiam à filio eius defi-
cientes, quendam Rodulphum sibi regē
eligunt. Filium autem Aimoinus Ludo-
nicum appellat: qui minus commodè il-
lud narrans, scribit Carolum in custodia
præcepisse de Francorum procerum cō-
filio, ut Rudolphus Richardi Burgundio-
num ducis filius in regem ordinaretur.
Sed Annalium Rhemēsium scriptor pla-
nus id exponit. Audito Franci quod Caro-
lus Normānos ad se venire mandasset,
ne illi coniungerentur, inter Carolum
atque Normannos cum Rodulpho me-
dij resederūt: tūmque Carolo trans Mo-
sam refugiente Rodulphum cuncti Re-
gem eligunt. Item in Appendice Gre-
gor. Turonen. lib. 15. cap. 30. Post Dago-
berti decessum filius suus Clodoueus sub-
tenera ætate regnum pattis ascivit. om-
nésque leudes (id est, subiecti) eū in Ma-
solano villa sublimant in regnum. Item
Sigebert. in Chronic. anno 987. Ludouic-
o Francorum rege mortuo, Francis re-
gnum transferre volētibus ad Carolum
fratrem Lotharij regis, dum ille rem ad
concilium defert, regnum Francorum
vsurpat Hugo, &c. Multa eisdem generis

apud Adonem testimonia sunt. velut anno 686. Clodoueus rex decessit. Franci Clotarium filium eius regē constituunt. Et mox: Clotarius quatuor annos regnās obiit: cuius loco Franci Theodoricum fratrem eius eligunt. Item anno 669. Franci Danielem quendam clericum post abiectionem tonsuræ, in regno stabiliunt, atque Chilpericum nuncupant. Et mox: Franci Theodoricum Dagoberti filium regem super se constituunt. Item apud Ottонem Frising. Chron. 6. cap. 13. Ottone, inquit, Francorum rege mortuo, Carolus voluntate omnium rex creator. Item Appendix Grego. Turon. lib. 11. cap. 101. Mortuo Theodorico rege, Franci Clodoueum filium eius parvulum elegerunt in regnum. Et cap. 106. Franci verò Chilpericum quendam regem constituerunt. & cap. 107. Quo mortuo Theodoricum regem statuerunt in sedem regni, Item Godfrid. Viterbien. Chron. parte 17. capit. 4. Pipinus verò per Papam Zachariam ex electione Francorum factus est Rex Francorum: Hilderico ignauo rege per Francos in monasterium missio. His ex locis, aliisque similibus

milibus quamplurimis patere arbitror ,
reges Francogalliae populi potius , hoc
est ordinum , & (vt nunc loquimur) sta-
tuum iudicio ac studio , quām heredita-
rio iure constitutos fuisse . cuius rei ma-
gno etiam argumento est ritus , quo ma-
iores in regib⁹ inaugurandis vteban-
tur . Quod enim paulo superiū diximus ,
Cornel. Tacitum de Caninefatibus ,
Francorum popularibus , testati , vt de-
signatum regem scuto imponerent , su-
blimēmque humeris gestarent : idem
in regib⁹ nostris usurpatum animad-
uertimus . Nam qui populi suffragiis de-
lectus fuerat , hunc scuto impositum
subleuabant , humerisque sustentatum
ter circum populi comitia , vel , si in ca-
stris id acciderat , circum exēcītūm ,
plaudentibus atque acclamantibus uni-
uersis , gestabant . Gregor. libro secundo ,
vbi de Clodouei Regis electione com-
memorat : At illi , inquit , ista audientes ,
plaudentes tam palmis , quām vocibus ,
cum clypeo euectum , super se regem
constituunt . Item libro septimo , capite
10. vbi de Gondebaldo loquitur : Ibí-
que , inquit , parmae superpositus Rex est

leuatus. sed cùm tertio gererent, cecidis-
se fertur: ita vt vix manibus circunstan-
tium sustentari posset. Qua de re Aimoi-
nus lib. 3. c. 6. ita scribit: Euocatum Gon-
dobaldum more antiquorum Francorū,
regem proclamantes esse suum, eleua-
uerunt eum clypeo. cùmque tertio totū
cum eo circuissent exercitum, repente
ruens cum rege vix à terra eleuari po-
tuit. Item Ado Viennensis Etat. 6. Sige-
bertus, inquit, Francis consentiens, mo-
re gentis impositus clypeo rex constitu-
tus est. Ac nimirum ex eo factum cōstat,
vt Scriptores illi, vbi de rege creato com-
memorant, plerunque hāc locutionem
vſurpent, vt eum in regem eleuatum di-
cant. Sed nunc ad tertium huius dispu-
tationis argumentum accedendum est:
vt intelligatur, quantum in regibus con-
ſtituendis, retinendis, ordinum ac po-
puli ius potestásque fuerit. si quidem ex
omnibus nostris Annalibus constat, re-
gum abdicandorum summam potesta-
tem penes ordinum comitia fuisse. Cu-
ius potestatis insigne documētum is qui
primus Francogalliæ rex creatus fuit, no-
bis præbet: quem cùm populus compenis-
set

set flagitiis ac libidini deditum , ætatem
in ganeis & scortationibus consumere,
publico cōsilio remouerunt, Galliæque
finibus exceedere coegerunt, quod anno
cccclxix. factum nostri testantur. Quin-
etiam is quem ipsius in locum suffe-
runt, Eudo , cùm sua potentia ad super-
biā & crudelitatem abuteretur, pari se-
ueritate iudiciorum exauctoratus est.
Cuius rei testes sunt Hunibaldus sub an-
no cccclxvij. Gregor. Turon.lib.2.ca.12.
Aimoīn. lib. 1.cap.7. Godfrid. Viterb. par-
te 17.cap.1. Sigebert. sub anno 461. & 469.
Childericus verò (inquit Gregorius) cùm
esset nimia in luxuria dissolutus , & re-
gnaret super Francorum gentem, cœpit
filias eorum stuprosè detrahere. Illique
ob hoc indignantes de regno eum eii-
ciunt. Comperto autē , quod etiam eum
interficere vellent , Thoringiam petiit.
Hunibaldus autem: Anno, inquit, regni
sui sexto conspirantes contra eum prin-
cipes & procères Francorum propterea
quod impotenter & nimis luxuriosè vi-
uens vxores & filias nobilium plures vi-
tiasset , voluerunt eum occidere. quod
cùm ei innotuisset , cum paucis occulte

fugit in Thoringiam. Pòst Franci quendam Ægidium sibi constituerunt in regem: qui regnauit annis octo. quem Franci denuò nimis tyrannisantem, & proceres quoisque crudeliter occidētem tolerare diutius non valentes, eiecerunt. Abbas autem Vrispergensis: Quem (inquit) luxuriosè viuentem, & cum filiabus populi fornicantem, interficere nolētes, abiecerunt. Et Sigebertus: Hildericum (inquit) insolenter & luxuriosè se agentem Franci de regno deturbant: & Ægidium regem sibi præficiunt. Atque hoc quidem præclarum ac singulare maiorum nostrorum facinus eo diligentius notandum est, quod in primordiis ac propè incunabulis regni gestum, quasi quædam testificatio fuisse videtur ac denuntiatio, reges in Francogallia certis legibus creati: non tyrannos cum imperio soluto, libero, & infinito cōstitui. Itaque cùm hoc idem institutum posteri retinerent, anno DCLXXIX. Childericum regem vndecimū insolentiū se in imperio gerentem abdicarunt: cùmque nobilem quēdam, nomine Bodilonem ad palum alligari, atque indicta caussa virgis cædi iussisse

iussisset, ab eodem Bodilone paucis pōst diebus interfectus est: auctōribus Aimoi-
no li. 4. ca. 44. Adone, Ætate 6. Tritenhe-
mio anno 678. itēmque. Sigeberto anno
667. Eiusdemmodi Maiorum nostrorum
seueritas aliquanto pōst extitit aduersus
Theodoricum Regem xii. qui cūm ini-
quo & auaro imperio Regnum admini-
straret, Franci (inquit Aimoinus) super eū
insurgunt, ac eum de regno eiiciunt cri-
nésque capitis eius vi abstrahentes inci-
dunt. lib. 4. cap. 44. Ado Ætat. 6. anno 696.
Sigebertus autem sub anno 667, magnā
illius culpæ partem in præfectū regium
Ebroinum conferunt. Theodoricus, in-
quit, rex propter insolentiam Ebroini à
Francis repudiatur: & frater eius Hilde-
ricus à cunctis ad regnum euocatur. Et
Ado: Franci, inquit, Theodoricum de
regno abiiciunt: Ebroinum Lexouio mo-
nasterio tondent: Childericum super se
regem leuant. Item Appendix Greg. Tu-
ron. lib. ii. c. 64. Franci contra Theodori-
cum insurgunt: eūmque à regno dei-
ciunt, crines capitis eius abscedentes to-
tonderunt: Ebroinūmque ipsum ton-
dent. Sed optimè omnium Hunibaldi

Appendix: Theodoricus (*inquit*) otio &
inertiæ deditus omnia negotia regni per
Comitem Palatij , quem Maiorem do-
mus nūcupabant, disponere cœpit. Hu-
ius maior domus fuit Ebruuinus , homo
sceleratus & impius, qui multa fecit ma-
la: quibus commoti proceres Frācorum
Theodoricum à regno deiiciunt, & tam
ipsum quam Ebruuinum , separatos ab
inuicem ad duo monasteria intrudunt.
Et mox : Hildericus duorum præceden-
tium frater medius , & Clodouei filius,
deiecto à regno Francorum Theodorico
fratre iuniore, procerum electione ad re-
gnum de Austragia vocatus , regnauit
annis paucis. qui cum esset moribus al-
per & multis nobilibus Frācorum odio-
sus in venatione occisus est. Eodem ac-
cedat Chronologia Idalij nondum in lu-
cē edita sub anno Christi DCCIII. Post
Lotharium, *inquit*, Theodoricus subro-
gatur in regnum. sed hoc post paucum
tempus, cum Ebroino maiore domus ex-
pulso, Chilericum regem Austrasiorum
fratrem eius minorēm Franci in toto su-
blimauerunt regno. Similis eorundem
virtus extitit in Chilperico rege xviiij.
quem

quem cum propter inertiam tanto impe-
rio indignum censuerint, regno se ab-
dicare coegerunt: atque in monachatum
relegarunt: auctoribus Aimoino libro 4.
cap. 61. Sigeberto & Tritemio anno 750.
& Godfrid. Chro. part. 17. cap. 4. Sextum
rursus eiusdem severitatis exemplum ex-
tit in Carolo Crasso rege xxv. qui pro-
pter similem ignauiam, & quod Nort-
mannis Galliae partem concessisset, re-
gnumque imminui passus esset, ab opti-
matibus regni (ut Sigebertus loquitur)
repudiatus est: anno, ut idem scribit, 890.
quod idem Godfridus part. 17. testatur.
sed vbetius Otto Frising. Chron. 6. cap. 9.
vbi memorabile illud ascribit: huc cum
post Carolum Magnum inter omnes re-
ges Francorum maximae fuisset auctori-
tatis, in breui ad tantam tenuitatem ve-
nisse, ut panis quoque egens, ab Arnol-
pho iam rege facto stipendia miserabili-
ter exigeret: atque ab ipso paucos fiscos
gratanter susciperet. vnde humanarum
rerum status miserrimus cognoscitur:
quod is qui tam Orientalia, quam Occi-
dentalia regna cum Romano susceperebat
imperio, ad tantam postremò deiectionem

F.j.

venit, ut panis quoque egeret. Septimi etiam exempli memoria extat in Odone rege x x v i. quem cum Franci repudiat Ludouici Balbi filio Carolo, regem sibi delegissent, quarto post anno in Aquitaniam amandarunt, ibique considerare iusserunt: eiusque in locum Carolum eiusdem Balbi filium suffecerunt. aucto-ribus Sigeberto sub anno 894. Aimoino li. 5. c. 42. Godfrid. part. 17. Sed & Regino lib. 2. Ottone, inquit, rege in Aquitania commorante, Francorum Principes ex maxima parte ab eo deficiunt: & in Rhenorum ciuitate Carolus filius Ludouici in regnum eleuatur. In eundem quoque numerum ascribitur Carolus rex xxvii. propter stuporem ingenij, Simplex cognomento dictus: qui cum stultitia sua regnum pessundaret, Lotharingiamque, quam prius recuperauerat, amisisset, captus, atque in carcerem coercitus est, eiusque in locum Rodolphus suffectus. aucto-ribus Aimoino lib. 5. c. 42. Sigebert. anno 926. Et de codē Annal. Rhemens. auctor, anno 920. Penè omnes, inquit, Fraciae Comites regem suum Carolum Simplicem apud urbem Sueßionicam, quia Haganonem.

nonem cōfiliarium suum, quē de medio-
cribus potētē fecerat, dimittere nolebat,
reliquerunt. Itē sub anno 922. Et cū quo-
tidie copiis Roberti crescentibus, de cres-
cerent Caroli, clā tandem secedens cū Ha-
ganone trans Mosam proficiscitur. Frāci
Robertum SENIORM ELEG-
RVNT: ipsique sese cōmittunt. Rober-
tus itaque rex Rhemis apud Remigium
ab Ep̄scopis & primatib. regni cōstitui-
tur. Item sub anno 923. Auditōque Frāci,
quòd Carolus Nortmannos ad se venire
mādasset, ne illi cōiungerentur inter Ca-
rolū atque Nortmānos super Isarā flumē.
tumque Carolo trans Mosam refugiēte,
Rodolphū cuncti REGEM ELIGVNT.
Rodolphus ergo frater Richardi rex a-
pud vrbē Sueſſionicā cōstituitur. Atque
hæc quidē post Frācogallia regnū cōsti-
tutum Maiorū nostrorū virtus fuit: cuius
exéplū ipsi à suis quoq; Maiorib⁹ accepe-
rant. Nā Hunibaldus antiquissimus Frā-
corum historicus, apud Iohannē Triten-
hemī de Frācis & Heleno ipsorū rege
ita scribit: Ann. eius regni xiiii. cōgrega-
ti apud Neopagū Sicābrī Helenū regē in-
terē & iñutilē cōmuni omniū sētētia de-

posuerunt à regno: & ad priuatam redire vitam compulerunt: in cuius locum elegerunt fratrem eius minorem. Quæ cum ita se habeūt, perspicuum est, Agathium, qui lib. i. scribit, regum Francorum filios à parentibus regnū successione excipere solitos, vel eorū instituti minus peritum fuisse, utpote Græcū hominē & alienigenam: vel ita intelligendū esse, ut superius diximus: moris fuisse, ut regū filij, regaliter educati atque instituti, prærogatiuā in comitiis haberent. præsertim cū ea spe parētes adducti summū in filiis bene honesteque instituēdis studiū collocarēt. Sed multo imperitius & absurdius est, quod Theo. Nehemius in Nemore vniōnis tract. 6. scribit, Carolū Magnū cōstituisse, ut deinceps Franci ex parētu successione reges haberēt: cū superrius demōstratū sit, eundē Carolū in suo testamēto ius regū cōstituēdorū populo Frācico integrū illibatūmq; seruasse. Verba Nehemij hæc sunt: Porrò quia ipse Carolus rex Frācorū extitit, istud regnū fuit ad eū ex successione deuolutū. (Hoc verò rō quid absurdius dici potuit?) & vidēs q; ipse factus Imperator, suos heredes dignitate

tate propria, scilicet regno Frācorū penitus denudasset (Et hoc quoque perabsurde scriptū apparet) statuit, ut Francigenæ cū quadā regni Frācorū portione regem haberēt de regali semine, iure hereditario successorē: qui in temporalibus superiorē nō recognosceret: videlicet ut Imp. post steritati ad homagiū, vel aliquod obsequiū teneretur. Hæc ille: quæ, ut vera es- sent, tamē illud cōfirmarēt, vsq; ad Caro- lū Magnū Frācogallia regnū non here- ditate, sed populi arbitrio delatū fuisse.

Pluribus exstatib; regis demortui liberis, quid iuriis in hereditate obseruaretur.

C A P. VII.

 Vx omnia eō pertinent, vt doceamus, regnū Frācogallia antiquitus nō hereditatis iure, vt priuata patrimonia: sed ordinū ac populi iudicio & suffragiis deferri solitum fuisse. quo minus illi relictū quæstioni videtur loci, si plures regis demortui liberi extarēt, quæ in illorū iure ratio teneretur. Nā cū penes populi Comitia, & publicū Gētis cōciliū nō modò deferēdi, verūctiā adimēdi regni summa potestas esset, illud necessario cōsequi

F.ij.

tur, in eiusdē arbitrio fuisse, utrūm omnibus æqualiter, an vni tātum regni successione deferret. Quanquā hoc loco quæstio exoritur, si populus filio repudiato alium eligeret, ecquid tamen illi ad suam dignitatē tuēdam relinqueretur. Quare intelligēdum est, earū rerum quæ in regis ditione sunt, quatuor à Iurisconsultis genera numerari: nimirum res (vt illi loquuntur) Cæsarīs, res fisci, res publicas, & res priuatas. ac res quidem Cæsarīs eæ dicuntur, quæ in priuato cuiusque principis patrimonio sunt: nō quatenus est princeps, sed quatenus est Ludouicus, aut Lotharius, aut Dagobertus. Institutis autem Gallicis, patrimonium hoc Regis dominium nominatur: quod sine publico Gētis Concilio alienari non potest. quemadmodum aliquanto pōst (vbi de Conclij auctoritate differemus) intelligetur. Res verò fisci dicūtur, quæ populi voluntate regi partim ad tuendam dignitatem suam, partim ad usus Reipublicæ repentinōs attributæ sunt. Publicas autem res Iurisconsulti appellāt, quæ in ipsius regni ac Reip. dominio positæ sunt. Priuatas verò, quæ in patrisfamiliās cuiusque fortunis ac

nis ac facultatibus numerantur. Ergo rege patre demortuo , si ad extraneum regni hereditas deferatur , res quæ propriæ regis, & (vt Iurisconsulti loquuntur) ipsius patrimoniales fuerunt, & quas alienari ab ipso non licere diximus, hereditatis iure liberis ipsius relinquuntur. Quæ verò regni & Reip. ipsius sunt , quoniam regni pars sunt , consentaneum est , ad quem regnum defertur, ad eum quoque illa deferri : quanquam tuendæ libero- rum dignitatis cauſſa , ratio postulat , vt Ducatus, & Comitatus illis in populi Co mitiis assignentur: quemadmodum Otto Frising. Chron. 5.c.9. & Godfridus Viterbiensis scribunt , Dagobertum Lotharij filium, regem cōstitutum, fratri Heriberto vrbes & pagos aliquot propè Ligerim fruendos dedisse. quod idem Aimoinus lib. 4.c. 17. commemorans, ita subiungit: Pactum cum ipso pepigit, vt priuato contētus habitu, nil amplius de paterno sperare deberet regno. Et Regino lib. 1. Dagobertus , inquit , monarchiam totius imperij obtinuit, excepto quod fratri suo Heriberto contra Ligerim & limite, quod tenditur partibus Vasconia, pagum

Fājj.

scilicet Tholosanum, Caturcinum, Aganensem, Petragoriū, & Sandonicum, vel quod ab his versus Pirenæos montes excluditur, cōcessit. Ex quibus intelligitur, q̄ Aimoinus illo loco scribit, Heribertū cōsortē regni factū, nō de regni iure intelligēdū esse, sed de regni ditionibus. Itaque paulo pōst scribit eundē Heribertū illa ditione non cōtentū, vi & armis regis nomen sibi sumplisse: bellūmq; fratri cōtra pactionē intulisse. Similiter autē idē Aimoinus eo.li.4.c.61. de Pipino scribēs, Grifonē frattē, inquit, more Ducum XII. comitatibus donauit. Atque huc illud pertinet quod Greg. Turo.lib.7.c.32. ita scribit: Misit Gōdobaldus duos legatos ad regē, cū virgis cōsecratis, iuxta ritū Francorū, vt scilicet nō cōtingerētur ab ullo. Et mox, Gōdobaldus dicit se filiū es se patris nostri regis Clotarij, & misit nos vt debitā portionem regni sui recipiat. Nunc vt ad ppositā quæstionē redeamus, quātū ad regni successionē attinet: certū hac de re ius Frācogalliae nullū reperio. quippe, cū hereditaria, vt dixi, nō esset: certis autē in patrimoniiis nobilibus, quæ Feuda nominātur, Otto Frising.li.Frid.2.

c. 29. Mos est, inquit, in Burgūdia, qui penē in omnibus Galliæ prouinciis seruat, quod semper seniori fratri, eiūsque liberis, seu maribus, seu fœminis, paternæ hereditatis cedat auctoritas: ceteris ad illum tanquam ad dominum respicientibus. Atque hoc idē iuris in gente Francorum vniuersa fuisse, multis verbis traditur à Petro de Vineis, lib. Epistol. 6. epist. 25. & aliis nonnullis locis. Sed in regni successione aliud iuris fuit. Nam primū vetus lex fuit, ut quamvis defendi regni iudiciū arbitriumque sumum penes Ordinum comitia, publicumque gentis totius Concilium esset, tamen si Regis defuncti filij annis xxviii minores essent, eos creari ius non esset: atque adeò alium ætatis legitimæ creati necesse esset. Qua ex re de Maiorum nostrorum sapientia existimare licet: qui Reipublicæ suæ gubernacula ei ætati cōmittenda non existimarunt, quæ alieni consilij, etiam in priuatis rebus suis administrādis, indigeret. Verba autem Hunibaldi apud Ioh. Trittenhemium hæc sunt: Anno Christi cccix. cùm Rex Frācorum Clogio incautius dimicaret, à

Romanis interfectus & occisus est: duos
relinquens filios: quorum natus maior
Helenus annum tunc tunc agebat XX: mi-
nor verò natu Richimer XVIII. Le-
ge autem Francorum erat interdictum,
ne quis promoueretur in Regem, nisi
XXIII annum complefset. Hinc
factum est, quod neuter filiorum Clo-
gionis ad regnum potuit peruenire. sed
patruus eorū Clodomus, electione prin-
cipum, fuit in Regem coronatus. Hæc
ille: ex quibus peripicum est, quod su-
perius dicebamus, quod Agathius scri-
bit Regum filios regnum à parentibus
excepisse: nequaquam simpliciter & ab-
solutè intelligendum esse: sed ita, si caus-
sa eorū, Ordinum comitiis, publicoque
gentis Concilio probata esset: in cuius
causæ cognitione caput hoc fuit, An
XXIII annorum maiores essent. Quam
ætatem si compleuerant, tum memo-
riæ proditum est, antiquis temporibus
persæpè Francogallia Regnum Rege
mortuo non vni filio ab Ordinum co-
mitiis attributum, sed in viriles par-
tes diuisum, atque assignatum fuisse.
Itaque defuncto Clodoueo Rege secun-
do,

do, anno DXV. qui liberos IIII. reliquerat, Theodoricum; Clodoueum, Childebertum, Chlotarium, satis constat, Regnum inter eos ita diuisum fuisse, ut Theodoricus Metarum, Clodoueus Aureliae, Chlotarius Suezionum, Childebertus Lutetiae regnum obtineret. auctoribus Agathio libro histor. I. Gregorius Turo. libro tertio capite I. Aimoin. lib. secundo, capite I. Reginone sub anno 421. Rursus post Chlotarij Regis IIII. excessum, Regnum inter quatuor ipsius filios ita partitum fuit, ut Cherebertus Lutetiae, Guntrannus Aureliae, Chlipericus Suezionibus, Sigebertus Remensis regni sui sedem arcemque collocaret: auctoribus Gregorius. libro quarto capite 22. Aimoin. libro tertio, capite primo: Reginone sub anno 498. Contrà verò anno circiter DCXXX. mortuo Lothario Rege VII. Otto Frising. Chro. s. c. 9, & Godfrid. Viterb. ita scribut: Dagob.

*Dagobertus us
tunc filius*

Chlotarij filius solus in Fracia regnabat, sed fratri suo Heribert. circa Ligeri fluuium paucas vrbes & pagos dimiserat. à Clodoueo enim vsq; ad in tempus regnum Fracorum inter filios, filiorumque filios, multi-

fariè diuiso confusè regnatum est. Terminus autem Regni Francorum erat iam ab Hispania usque Pannoniam. Dagobertus itaque unicus rex Francorum leges Bauaris dedit. Hæc Godefridus. neque, ut multi sapientes saepe iudicarunt, iniuria. Nam ut est apud Iustinum libro 21) firmius est futurum regnum, si penes unum remanserit, quam si portionibus inter plures fratres diuidatur. Aliquot tamen inter eis annis, cum Francorum Regnum longe latèque propagatum esset, Pipino rege mortuo, alia publico Gallorum consilio sententia placuit. quod valet ad confirmādum quod superius diximus, penes Ordinum & Cōcilij arbitrium, totum illud ius fuisse. Nā Eguinarthus in vita Caroli Magni, sic loquitur: Mortuo Pipino Franci, facto solenniter generali conuentu, ambos sibi eius filios reges constituunt: ea conditio ne, ut totum Regni corpus ex æquo partirentur: & Carolus eam partem, quam pater eorum Pipinus tenuit: Carolomānus eam, cui patruus eorum præterat, regendā susciperet. Item Abbas Vrsperg. Mortuo Pipino, Carolus & Carolomanus

nus filij eius, omnium Francorum consensu ambo reges creati sunt, ea conditione, ut totum regni corpus ex æquo partiretur. Si millima post Caroli Magni excessum in partiendo regno ratio fuit: quemadmodum ex ipsius testamento apud Iohan. Nauclerum, & Eguinarthi libello de ipsius vita cognosci licet: ubi tota propè Europa inter tres ipsius filios ita diuiditur, ut tamen filiabus nihil dotis, aut legitimæ portionis caussa tribuantur. sed earum collocandarum, dotisque constituendæ potestas fratum fidei, charitati & prudenter permittatur. Neque in iuria. cum principes, & proceres quibus illæ nuptum collocantur, non tam dotis spe, & magnitudine, quam generis & familiæ dignitate ad earum matrimonium adducantur. Eandem in Orientali Francia partitionem post Ludouici mortem anno DCCCLXIII. fuisse, testatur Otto Frisingensis Chtron. 6. cap. 6. & Regino in Chron. anno 877. Rursus annis aliquot interiectis, post Ludouici Balbi Regis XXIII. excessum, anno DCCCLXXX. eadem quoque partiendi ratio seruata est, quam tamen non in Regnum ip-

forū, sed in Ordinum ac publici Concilij arbitrio fuisse, facile, ex his Aimoini verbis cognosci licet, libro quinto capite 40. Filij, inquit, Ludovici qāondam Francorum Regis profecti sunt Ambianos, & sicut fideles eorum inuenerunt, Regnum paternum inter se diuiserunt. Ex quibus ita disputatis, perspicuum est, nullum antiquus certum hac de re ius in Franco-gallia fuisse: sed totam eius rei potestatem in Ordinum & publico gentis concilio positam fuisse. postea verò Philippo tertio, Rege XLI. auctore constitutum est, ut ditio aliqua minoribus fratribus attribueretur. sed eius quoque iuris variæ interpretationes fuerunt: multæque natæ contentiones, propter filiarum rationem: ut planè nihil certi hac de re tradi à nobis possit: nisi, si res ad antiquum Maiorum nostrorum institutum reuocetur, totum eius rei ius publico Gentis & Ordinum Concilio committendum esse: ut pro liberorum numero certæ illis ditiones ad victimum & cultum & dignitatem generis tuerandam fruendæ attribuantur.

De lege

*De lege Salica, & iure mulierum in Regum
parentum hereditatibus.*

CAP. VIII.

 Voniā deRegalis hereditatis iure dicere instituimus, nō prætermittēda legis Salicæ cōmemoratio videtur: quæ cūm assiduè nostris hominibus in ore est, tum verò Maiorū nostrorū memoria maximā & periculosā de Regni successione cōtentionē sedauit. Nā cūm anno 1328. rex Carolus Pulcher Philippi Pulchri filius moriens uxorem prægnantem reliquisset, paucis intermissis mensibus agnata filia, Eduardus Angliæ Rex, ex Isabella Philippi Pulchri filia Caroli Regis sorore natus, hereditatem auti regni ad se pertinere contendit. At ex aduerso Philippus Valesius Regis Caroli Pulchri frater patruelis exortus est, qui diceret, antiquam esse legē Regiam, Salicam nominatam, qua lege mulieres à Regni hereditate arcerētur. Hanc porrò legem Gaguinus & eiusdē generis scriptores à Faramundo scriptā tradunt: ad nostrā, inquit, vsque ætatem nominatisimā. Et in vita Philippi Va-

Iesij, Eduardo, inquit, obstabat lex Salica, quæ à Pharamūdo Francis data in illos usque dies obseruantissima habebatur. Ea lege soli virilis sexus Reges à maioribus Regibus orti regnum administrant: nec ad eam dignitatem fœminæ admittuntur. cuius legis hæc sententia est. Nulla hereditatis portio de terra Salica ad mulierem venito. Terram autem Salicam, Francorum Iureconsulti eam dicunt, quæ solius Regis est: & à lege Alodij distat, quæ subditos comprehendit: quibus datur per hanc legem rei aliquius liberum dominium, non exclusa Principis maiestate. Hæc Gaguinus. In eandem autem sententiam Francogalli omnes non modò Historici, verum etiam Iurisconsulti & Pragmatici usque ad hoc tempus scripserunt: teste Paponio Arest. lib. 4. cap. i. vt iam communis error propemodum ius fecisse videatur. Verum illud meminisse oportet, quod superius attigimus, Francorum duas sedes, duoque regna fuisse. Vnum in Gallia, quod ad hunc usque diem permanxit: alterum ultra Rhenum, ad flumen Salam, unde Salij & Salici Franci coniunctè, plerunque

que autem Salici præcisè appellati: quo-
rū & regnū & iam prope nomē obsoletū
est. De Saliis superiū ex Marc. Ammia.
historia dictum est, demōstratumque il-
los Orientales, hos Occidentales ap-
pellatos fuisse. Quemadmodum autem
duo Francorum regna fuerunt, ita duæ
Francorum leges: Salica, quæ ad Salios:
Francica, quæ ad Francogallos pertine-
bat. Eguinarth. in Carolo Magno: Post
susceptum Imperiale nomen, cùm ani-
maduerteret multa legib. populi sui de-
esse. Nam Franci duas habent leges, plu-
rimis in locis valde diuersas) cogitauit
quæ decrant addere. Auctor præfationis
in Legem Salicam: Gens Francorum in-
clita , antequam ad fidem catholicam
conuerretetur, dictauit Salicam legem
per Proceres ipsius gentis, qui tunc tem-
poris apud eandem erant rectores. Sunt
autem electi de pluribus viri quatuor,
Vvisogast, Arbogast, Salogast, &c Vvin-
dogast: qui per tres mallos(id est comi-
tia) conuenientes, omnes cauſarum o-
rigines solicite discurrendo , tractantes
de singulis , iudicium decreuerunt hoc
modo.&c. Ac fere iisdem verbis vtitur

G.j.

Sigebertus in Chr. anni 422. Otto Frisi. lib. 4.c.pen. Leges quoque Vvisigastaldo & Salagasto auctoribus exhinc habere cœpere. Ab hoc Salagasto legē, quæ ex nomine eius Salica vñq; hodie vocatur, inuētam dicunt. Hac nobilissimi Frācorum, qui Salici dicūtur, adhuc vtuntur. Atq; hæc quidē veteres Chronographi: ex quibus eorū errorē coargui licet, qui Salicā legē vel à sale, id est, prudentia dictā, vel corruptā vocē tradiderunt, pro Gallicā: quo dici absurdius nihil potuit. Sed longē maiores ex eodem fonte nati sunt errores. Primum quod creditū est, Salicā legē ad ius publicū Imperij, & hereditariæ Regni successionis pertinuisse. Nā illius legis Salicæ tabulæ non multis abhinc annis repertæ, atq; in lucē editæ sunt, ex qua tū inscriptione cognoscitur, eas primum circiter ætatem Faramundi Regis scriptas editasq; fuisse: deinde omnia & Salicæ legis & Frācicæ capita non de publico Regni & Imperij iure, sed de priuato tantum cōstituta fuisse. In iis autē vnum hoc caput extat tit. 62. qui inscriptns est DE AL. ODIS, hoc est, de iis rebus, quæ non feudi, sed patrimonij iu-

te à priuatis possidetur: quod summe no-
tandum est. DE TERRA SALICA IN MULIEREM,
NULLA PORTIO HEREDITATIS TRANSIT: SED
HOC VIRILIS SEXVS ACQUIRIT. hoc est. filii in
hereditate succedunt. SED VBI INTER NE-
POTES AVT PRONEPOTES POST LONGVM TEM-
PVS DE ALODE TERRAE CONTENTIO SVSCL-
TATVR, NON PER STIRPES, SED PER CAPITA
DIVIDATVR. Cuius legis similis extat apud
Ripuarios tit. 58. Itēmque apud Anglos
tit. 7. vbi tantum abest, ut de Regnorum
hereditatib. sanciatur, ut ne ad feudorū
quidē, sed tantū ad alodiorum successio-
nes ex leges pertineant: vt facile il-
lorum imperitia arguatur, qui lege illa
aut nunquam lecta, aut non intellecta
affirmare ausi sunt, lege Salica cautum
fuisse, ne regia potestas ad mulieres trā-
feratur. Vt cunque sit, primum illud con-
stat, et si nullum nec Salicæ, nec Fran-
cicæ legis caput extet, quo mulieres à
regni hereditate arceantur: tamen insti-
tuta & mores gentis tanto seculorum
consensu conservatos, ac præsertim con-
tradictorijs iudiciis confirmatos, legis
scriptæ vim obtinete. nam Childericus
3. rege mortuo, duabus filiabus superstifi-
tibus fratri cius Clothario regnum, illis

G.ij.

exclusis delatū est. Rursus Chereberto quinto Rege mortuo tribus filiabus superstribus, Sigeberto ipsius fratri successio delata est. Itē, Gōtranno Burgundiæ & Aureliæ rege mortuo, nō Clotildæ filiæ ipsius, sed fratri Sigeberto regnū de latum est. Cōstat præterea multo cōsideratus & cautius illos Philippi Valesij cōfiliarios ex feudali iure disputaturos fuisse, quo iure feudorum hereditates liberas posterisq; virilis sexus tantummodo deferuntur, neq; ad eas mulieres admittuntur. Vbi autē in ea stirpe, in qua feudum versatur, mares defecerunt, tum ad alterā stirpem feudum reuocatur, ut illo casu acciderat. Quæ verò feuda de prauato iure ad mulieres deferuntur, ea non propriè feuda, sed feudastra potius appellanda esse, aliis libris nostris demōstrauimus.

De iure Regalis capillitiij.

C A P . I X .



Oc loco nō alienum videntur, aliud Maiorū nostrorū institutum commemorare, de Regio capillitio. nā memoriae proditū est, singula-

re,

re quoddam ius capillitij apud maiores
nóstros fuisse, vt qui Reges à populo cre-
ati, aut regio genere prognati essent, co-
mam alerēt: eámque à fronte discrimi-
natam, vnguentisque delibutam, decus
atque insigne regium, regiaeque stirpis
haberent. reliqui ciues omnes quamvis
illustri loco nati, tamen capillitij ius nō
haberent: sed propter assiduos (vt credi
par est) in re militari labores, raso vel
detonso capite incederent: quemadmo-
dum de Julio Cæsare & plerisque aliis,
Romanæ historiæ commemorant. Ai-
moin. li. i. cap. 4. Regem verò ceterarum
more nationum Franci sibi eligentes,
Faramundum folio sublimant regio:
cui filius successit Clodiocrinitus. illo
enim tempore Francorum Reges cri-
nitū habebantur. Item libro 3. capite 61:
Hic Gundoaldus more Regum à ma-
tre sua enutritus (vti consuetudo anti-
quis. fuit Franciæ Regibus) capitis co-
mam gerebat profusam. Similiter Aga-
thius libro de bell. Goth. i. vbi Regem
Francorum Clodamirum à Burgundio-
nibus in bello captum commemorat:
Vt primum, inquit, ex equo lapsus est,
G. iii.

Burgundiones cōspicati capillitiū, quod
illi à tergo propendebat, ducem esse ho-
stium animaduerterunt. Neque enim
Francorum regibus coma carere licet:
sed à pueris intorsi permanent, & profu-
sum capillitum, atque in tergum reie-
ctum habent. Quinetiam multis ex lō-
cis licet animaduertere; Maioribus no-
stris in more fuisse, ut si cui vel Regnum
abrogaret, vel ad ipsendi Rieghi spem
ad imeritę capillitum abscondiderent.
Aimoius illo eodem loco: Ille in iutis
in eum, incidi eius præcepit capillos,
hunc suum negans filium fuisse. Item: I-
terum Incisis crinibus Coloniae in cu-
stodiā traditur: unde fuga elapsus su-
crescentibus capillis, ad Narvetem trans-
iens, &c. quam histor. Gregor. Turo-
nen. lib. 6. cap. 24. commemorat. Item
cap. 44. ubi de Thedorico Rege loqui-
tur: Franci, inquit, super eum con-
fūgunt, ac eum de regno eiiciunt, et nes-
que capit is eius vi abstrahētes ingidunt.
Item lib. 7. cap. 36. Tūne es ille, qui ple-
rumq; à regib. Francotū propter has præ-
fomptiones, quas profers, tonsoratus, &
exilio datus es? Et mox: Quod me Chlo-
tarius

zarius pater meus exosum habuerit, nuli est incognitum: quod autem ab eo, & deinceps a fratribus sim tonsoratus, manifestum est omnibus. Memorabilis autem ac potius horribilis historia extat apud Gregor. Turon. de Regina matre Chrotilde, quae duobus nepotibus caput abscondi, quam comam maluit. Locus est lib. 3. cap. 18. Mater nostra (inquit Rex fratri suo) fratris nostri filios secum retinuit, & vult eos regno donari. Communi consilio pertractare oportet, quid de his fieri debeat: utrum incisa cæsarie, ut reliqua plebs habeantur: an his imperfectis regnum germani nostri inter nos dividatur. Et mox: Tunc misere Archadium cum forcipe, atque euaginato gladio; qui veniens ostendit Reginæ utrumque, dicens: Voluntatem tuam, o glorioissima Regina, filij tui domini nostri expetunt, quid de pueris agendum esseas: utrum in cisis crinibus eos vivere iubeas, an utrumque iugulari. Maluit autem illa imperfectos videre, quam totos. Quam historiam Amoinus lib. 2. cap. 12. enarrans, Chrotilde ita loquentem inducit: Sed ut cunque se res habeat, nullatenus clericos fieri patiar.

G. iiiij.

quasi ad clericatum tonsura puerorum
quaeretur. quod cum à Gregorij ver-
bis alienum est, tum etiam ab illa con-
suetudine visitata, ut tonsura quasi quæ-
dam abdicatio, & à regni hereditate
exclusio quædam esset. Quinetiam mo-
ris fuisse animaduerto, ut cum Reges
prælio decertarent, nodatum capilli-
tium in galeam, quasi cristam erige-
rent: idque insigne in pæliis haberent.
Itaque Aimoinus libro quarto, capite 18.
vbi de Dagoberti Regis, cum Bertoal-
do Saxonū Duce acerrimo, prælio com-
memorat: Rex, inquit, chise petiussus
in caput, decisos cum parte galeæ cri-
nes patri per armigerum mittit, ut si-
bi in auxilium properet. Huius autem
instituti caussam cum apud me confi-
dero, hanc ferè reperio, quod cum &
Gallorū & Francorū nationes comatae
essent (item ut Sicambrorum, ac ferè re-
gionum illarum institutū fuisse constat)
Majoribus nostri vixum est, hoc propriū
Regiæ dignitati decus atq; insigne tri-
buere. Nam de Gallis quidē (vnde Co-
mata Gallia dicta est) nemo mediocriter
eruditus testimoniu[m] querit: memor præ-
sertim

seritum illius Claudiiani ex lib. in Ruffin. 2.

*Inde truces flano comitantur vertice Galli,
Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambis,
Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus.*

De Francis autem, quos ex Chaucis, siue Chaycis ortos demonstrauimus, vel vnuus ille ex Lucani primo locus, testimonio esse potest:

Et vos crinigeros bellis arcere Chaycos

Oppositi petitis Romam, &c.

Quod cum ita esset, animaduertimus, exterorū qui animo in nostros inimico es-
sent, reges capillatos, non modò contumelioso nomine Setatos appellasse: ve-
rū cum setæ leonum, equorū, & suum
comunes essent, (qui omnes propterea Setosi & Setigeri appellantur) etiam ad
suillas setas nominis contumeliā produ-
xisse. Vnde & obscœna conficta fabula,
& spurcum nomen τριχοπαχίτων: de quo
Georg. Cedrenus in historia ita scribit:

*λέγοτο δὲ οἱ ἐκ τῆς γέρεος μετένε πατέρων κριστοῖς ἔρυθρενενται τριχοπαχίτοις οἷς οὐ γάρ κατὰ τὰς πάχιας αὐτῶν τρίχες εἰσφορεῖταις σώματα τοῖς: id est,
Qui regiō erant prognati genere, dice-
bantur Cristati: quod interpretatur, Ter-
gisetosi. Habebant enim in spina dorsi*

pilos enascentes, quasi porci. Quem tam
men locum mendosum, ac deprauatum
esse arbitror: ac pro K P. I E T A T O I vel re-
ponendum. Z E T A T O I, vel utrumque
certè coniungendum: ut à nonnullis fe-
stiue Cristati, propter eructum in ga-
leam crinum flocculum, à malevolis
etiam contumeliosè Setati, vel Seti-
geri, appellarentur. Quod si clausulam
illam tam aperte Cedrenus non appo-
suisset, & Cristatorum nomen retinen-
dum fuisset, dicendi potius πριχοχαρακτοί
fuissent: ut cuius perspicuum esse arbí-
tror: pro, Crinibus insignes. Ut cun-
que sit, ne illud quidem prætermitten-
dum videtur, circiter Caroli Magni
lætatem, consuetudinem quandam in-
crebuisse, ut regis filius ad exterum a-
liquem principem amicum, ac foedera-
tum mitteretur, qui honoris causa ca-
pillos ei præcideret: eoque facto Pator
ipsius honorarius diceretur. Nam Paul.
Diaconus libro sexto, capite decimo-
quinto, de Carolo Magno scribens: Ca-
rolus, inquit, Francorum princeps fi-
lium suum ad Liutprandum Longobar-
idorum regem misit, ut eius, iuxta mo-
rem,

rem; capillum susciperet. qui eius cæ-
 sariem incidēs, ei patet effectus est: mul-
 tisque regiis muneribus donatum ge-
 nitori remisit. quam historiam Regino
 libro i. sub anno DCLV. cōmemorat:
 apud quem pro **S V S C I P E R E T** com-
 modius legi videretur **I N C I D E R E T**.
 Verūm hæc quidem de regalis capilli-
 tij iure, hactenus. Quod verò nonnulli
 fabulantur, regnante Ludouico VII.
 Petri Lombardi Parisiensis Episcopi con-
 silio atque hortatu institutum fuisse, ut
 discrimen inter Gallos & Francos tol-
 leretur, cum illi comam tantum sihi &
 comam & barbam colerent: indignum
 hominibus doctis videtur si quali verò
 per annos amplius octingentes toti-
 dem enim à Francogallis regni ori-
 gine ad Ludouicum vi. numerantur
 discrimen viuum inter Gallos & Fran-
 cos duratit: ac non superioris demonstra-
 tum sit, post Francogallia regnum con-
 stitutum, unam è duabus quasi gemel-
 lam gentem, & unius dingen: & eon-
 rundem institutorum **a**comotum cō-
 flattam fuisse. qdololiqasup. etonib
 nos mto iston integrum illam thies
 uimus.

*Qualis regni Francogallici constituē-
di formafuerit.*

CAP. X.

Is ita breuiter expositis, deinceps qualis regni Franco-gallici constituendi forma fuerit, exponendum videtur. Ac superius quidem populum in comitiis non modò creandi, verum etiam abdicandi regis potestatem sibi omnem reseruasse, docuimus. Quam eandem regnandi formam constat Gallos nostros, priusquam in Romanorum potestatem redigerentur, habuisse: ut populus non minus (inquit Cæsar) in regem, quam rex in populum imperij ac potestatis retineret. Quanquam non à Gallis, sed à popularibus suis Germanis eam Reip. constituēdæ formam Francos nostros sumposse, consentaneum est: de quibus Tacitus in lib. de moribus Germ. ita scribit: Regibus non est infinita aut libera potestas. Hac autem forma nullam à tyrannico dominatu remotiorem esse constat. Quinetiam è tribus tyrannidis notis, quas philosophi veteres indicarunt, nullā in regni nostri forma constituen-

stituenda licet animaduertere. Primum enim quantum ad coactum imperium attinet, hoc est, ut rex in iuris dominetur, docuimus iam antea, summam ordinum publicique Concilij tum in diligendis, tum in abdicandis regibus potestatem fuisse. Quantum ad peregrinam corporis custodiam, quam secundam tyrannidis notam numerant, tantum abest, ut Francogalliae reges peregrinis & alienigenis mercenariis ad praesidiariam cohortem vterentur, ut plerunque ne ciues quidem & indigenas ad corporis custodiam adhiberent. quippe, cum omnem in clientum suorum fide & benevolentia praesidijs sui fiduciam collocarent. Cuius rei argumento est, quod Gregor. Turon. lib. 7. capit. 18. & Aimoinus lib. 3. cap. 63. scribunt, regem Gontrannum ab homine quodam tenui Lutetiæ admonitum, ut insidias sibi à Faraulpho paratas vitaret: continuò se armis & custodiis muniuisse: ut nusquam, inquit Gregorius, ac ne ad loca quidem sacra, nisi vallatus armatis atque custodibus procederet. Quinetiam extat Ludouici cognomento Diuii præclara historia, & ab illustri

viro Ioanne Iannuillæo scripta , qui cum
illo rege perfamiliariter multos annos
versatus est:qua in historia nullam planè
satellitum, aut stipatorum, aut præsidia-
riæ cohortis mentionem licet animad-
uertere: sed tantum Ianitotum, quos po-
pulari lingua Husserios appellat. Verum,
quid hæc tenuia & minutæ dilucidæ rei
argumēta conquiritimus? cùm perspicuū
eius documentum extet, apud V. Villel-
mum Neunbrigensem, libro Rerum An-
glicarum 4. cap. 2. quod iecirco subscri-
bemus, ne tam insignis Maiorū nostro-
rum sapientiæ memoria intercidat: & ca-
nibus aulicis, qui nobis antehac allatra-
runt, ora obtutemus. Scribit autē Neun-
brigensis de rege Philippo, Ludouici fi-
lio, qui cum Richardo Anglorum rege
ad recuperandas Hierosolymas profe-
ctus est: circiter annum M. C X C. Sa-
nè, inquit, postquam percrebuit apud
regem Francorum quod Marchioni
acciderat, de amici quidem indigno
exitu doluit: sed mox hunc dolorem, su-
fcepta cum ingenti gaudio suggillandi
regem Anglorum occasio compensauit.
Cumq; in propriis esset tā longè finibus
à Syria

à Syria cōstitutus, illius in Oriente con-
fidentis vel frustra timebat, vel potius se
ad augendam inuidiam timere fingebat
insidias: & tanquam ab eo subornati im-
mineret sicarij, præter morem Maiorum
suorum non nisi firmata vallatus custo-
dia procedebat: adeò ut quidā familiari
ausu propins accedentes, nō sine pericu-
lo hoc ausi dicantur. Mirantibus hāc no-
uitatē regiā plurimis, vt pro ea satisface-
ret, gentēmq; suam in regē Anglorū ac-
cenderet, Præsulū Procerūmque suorum
Conciliū Patios conuocauit. Vbi alle-
gans contra eundē regē plurima, tanquā
certa, atque inter cetera, quod virū illum
nobilissimū nequiter per diros satellites
peremisset, literas quoque protulit à qui-
busdā potentibus sibi (vt dicebat) trans-
missas, quibus monebatur propensiorem
suimet habere cautelam: sciēs quod rex
Anglorū insidiaturus animæ suæ ab Otiē
te iā direxisset sicarios. Quāobrē (inquit)
nemo debet mirari, quod præter solitum
diligentiorē mei ipsius curā habeā: quā
tamē si reputatis vel indecētē, vel super-
fluā, decernite amouēdā. Adiecit etiā cor-
di sibi esse de manifesto proditore pro-

prias maturè ylcisci iniurias. Adhæc plu-
rimi adulatoriè respōderunt bonū hone-
stūq; esse, quod pro cautela faciebat : &
quod pro vltione disponebat. Prudentes
vero dixerūt, Cautelā quidē tuam, Rex,
qua tibi cōtra incertos casus fortè abun-
datiūs prōspicis non culpamus: præmatu-
ræverò vltionis propositū minimè appro-
bamus. Nā et si vera sint quæ de rege An-
glorum dicuntur , non tamen est petu-
lanter & præmaturè agendum. sed respe-
ctum honesti sustinendum quo usque ad
propria reuertatur , qui propter Christū
peregrinari noscitur. Hæc Neunbrigēsis.
Deinceps alteram Maiorum nostrorum
in regno constituendo sapientiā conside-
remus. Nam quæ tertia tyrannidis nota
numeratur, vt non ad ciuitatis & subie-
ctorum , sed ad ipsius dominantis com-
modum atque arbitrium omnia refe-
rantur,eius nullam in nostra Repub.mer-
culam multas per ætas hæsiſſe , ex eo
intelligetur quod paulo posterius doce-
bimus,summam regni Francogallici ad-
ministrationem penes publicum & so-
lenne gentis Concilium fuisse:quod po-
sterior ætas Conuentum trium Statuum
appella-

appellavit. Cuius appellationis rationem
Claudius Seyfcellus in libello quē Fran-
ciæ monarchiam inscripsit , ad tres Ci-
uium ordines referendā putat : quorum
summum nobilitati, medium iuridicis
& mercatoribus , tertium opificibus &
agricolis attribuit. Verba illius capit. 13.
hæc ferè sunt : Est in hoc regno forma
quædam Reip. magnopere & laudanda
& retinenda : quoniam plurimum in ea
momenti est ad ordinum omnium con-
cordiam constabiliendam : neque dubiū
est , quia quandiu suum cuique ordini
ius suāque dignitas seruabitur , difficile
sit regnum labefactari . Nam cuiusque or-
dinis certa est prærogatiua : neque , ea ser-
uata , potest alter alterum euētere : ac ne
tres quidem simul in Principem & Mo-
narcham conspirare possunt . Horum por-
tò in ordinum trium numerum nequa-
quam repono Ecclesiasticos : qui per illos
mixti sunt : sed tres status sive ordines nu-
mero , primū Nobilitatem : tū medium
populū , qui dici Optimus potest : postremò
plebem infimam . Hæc Seyfcellus . Sed vi-
deamus , ne cùm hæc tripartita distribu-
tio non ad vitæ communis rationem , sed

H.3.

ad publicum gentis. Cōcilium referatur
(qua de causa Concilium illud vulgo
Trium statuum appellatur) ecquid com-
modius, ad illa tria genera referri possit,
quibus id Concilium constat: hoc est, ad
regalem, optimatum & popularem: quip-
pe, cūm huius regni status is fuerit, quē
Philosophi veteres, (in his Plato & Ari-
stoteles, quos Polybius & Tullius imitati
sunt) optimum ac præstantissimum iudi-
carūt: nimirū qui ē tribus generibus Re-
gali, Optimatū, & Populari mixtus ac tē-
peratus esset: quam Reip. formam idem
Tullius in suis de Repub. libris vnam ex
omnibus potissimam esse duxit. Nam
cum regius & popularis dominatus na-
tura inter se dissideant, adhiberi tertium
aliquem oportet intermedium, & vtrius-
que communem, qui est Principum, si-
ue Optimatum: qui propter splendo-
rem & antiquitatem generis, ad regiam
dignitatem accedit: propter clientelam,
& (vt vulgo loquimur) subiectionem à
plebeio genere minus abhorret. Vnum
enim eundémque cum plebe populi v-
niuersi Magistrum agnoscant. Huius au-
tem præclari Reipub. status insignis ex-
tat

Et Ciceronis laudatio, ex Platonis de Repub. libris expressa, quam propter singularē elegantiam subscribemus: Ut in fidibus, inquit, ac tibiis, atque cantu ipso, ac vocibus concentus est quidam tenendus ex distinctis sonis, quem immutatum ac discrepantem aures eruditæ ferre non possunt: isque concentus ex dissimillimarum vocum moderatione concors tamen efficitur, & congruens: sic ex summis, & mediis, & infimis & interiectis ordinibus, ut sonis, moderata ratione ciuitas, consensu dissimilitorum concinit: & quæ harmonia à musicis dicitur in cantu, ea est in ciuitate concordia: arctissimum atque optimum in Republica vinculum incoluntatis, quæ sine iustitia nullo pacto esse potest. Hanc igitur mixtam è tribus generibus Reipubl. temperationem Maiores nostri secuti, sapientissime constituerunt, ut quotannis publicum totius regni Concilium Kalend. Maij haberetur: quo in Concilio de summis quibusque Reip. negotiis communi ordinū omniū consilio ageretur: sic, ut vetus illa aurca lex valeret: SALVS POPVLI

S V P R E M A L E X E S T O . Cuius instituti sapientia , & vtilitas tribus maximè rebus cernitur . primùm quòd in magno prudentiū numero magnitudo consilij versatur , vt Salomoni & aliis sapientibus placuit . deinde quia libertatis pars est , quorum periculo res geritur , vt illa eorum consilio atque auctoritate admistretur : & quemadmodum vulgo dici solet , quod omnes tangit , ab omnibus approbetur . postremò ut qui apud regem in magna potentia sunt , & magnis imperiis præsunt , eius Concilij metu , in quo Ciuitatum postulata liberè audiuntur , in officio contineātur . Nam quòd regna quædam vnius regis arbitrio ac nutu gubernantur , quale hodie Turicum esse constat , rectissimè Aristoteles lib . Polit . 3 . animaduertit , non hominum liberorum & lumine mentis & rationis vtentium , sed pecudum potius & brutorum consilij expertium eam gubernationem esse . Sic enim se res habet : vt pecudes , non ab uno è suo genere : vt pueri aut adolescentes , non ab uno è suis æqualibus , sed à præstantiore aliquo reguntur : sic hominum multitudo non ab uno è suo numero , qui

ro, qui minus fortasse, quam alij complures, videret: sed à mente ex multis conflata, hoc est, coniunctis probatorum virorum consiliis, regenda & gubernanda est. Nam quod Senatum assiduum & ordinarium plerique habent reges, cuius consilio in administranda Repub. sese ut dicunt: primùm aliud est regni, aliud regis consiliarium esse. Ille Reipub. vniuersæ, & in commune consulit: hic vnius hominis commodis atque utilitatibus seruit. Deinde cum illi Senatores assidui vel uno in loco, vel certè in aula Principis perpetuò maneant, longin quarum ciuitatum nosse ac videre statum commodè non possunt. Præterea regalis & aulicæ vitæ illecebris inducti, facile ad libidines dominandi, ad ambitionem, & opes amplificandas depravātur: vt ad extremum non regni, & Reip. consiliarij, sed regis vnius assentatores, & ministri cupiditatū & regiarum, & suarū quoque apparent. Qua de re extat insigne Imp. Aureliani elogium apud Fl. Vopiscum, quod subscribemus: Ego (inquit) à patre meo audiui, Diocletianum principem, iam priuatum dixisse, nihil esse difficilior, quam

H.ij.

bene imperare. Colligunt se quatuor vel
quinque: atque unum consilium ad deci-
piendum Imperatorem capiunt: dicunt
quid probandum sit. Imperator qui do-
mi clausus est, vera non nouit. cogitur hoc
tantum scire, quod illi loquuntur. Facit
iudices, quos fieri non oportet. Amouet
à Rep. quos debebat retinere. quid mul-
ta: ut Diocletianus ipse dicebat, Bonus,
cautus, optimus venditur Imperator. Ita-
que hæc incommoda veteres Romani
metuentes, Regi quidem Senatum ordi-
narium attribuerunt: sed, ut salus populi
suprema lex esset, summam Reip. non re-
gi, aut eius senatui, sed ipsi populo & co-
mitiis reseruarunt. Quare sub omnibus
regibus hæc lex fuit: ut populus in comi-
tiis magistratus crearet, leges scisceret,
bella decerneret: quemadmodum Dio-
nysius Halic. lib. 2. testatur. Póponius qui-
dem Iurisconsultus memoriae prodidit,
populum R. primis temporibus in trigin-
ta partes diuisum, quæ Curiæ dictæ sunt:
propterea quod Rex Reip. curam (ut ipse
ait) per sententias partium earum expe-
diebat, unde leges Curiatæ dictæ: & an-
tiquissima omniūcomitia, Curiata. quinsius
etiam

etiam Seneca libro Epistol. decimonono scribit , se ex Ciceronis de Republica libris didicisse , PRO VOCATIONE M A D P O P V L V M E T I A M A R E G I B V S F V I S S E . quod etiam Tullius initio libri Tusculanarum disputationum i v . his demonstrat verbis : Nam cùm à primo vrbis ortu regiis institutis , partim etiam legibus , auspicia , ceremoniæ , comitia , prouocationes , & cetera tota res militaris diuinitus esset constituta , &c. Sed & in Oratione quam pro domo sua habuit : Nego , inquit , potuisse iure publico , legibus iis quibus hæc ciuitas vtitur , quenquam ciuem vlla ciuusmodi calamitate affici sine iudicio . hoc iuris in hac ciuitate etiam tum cum Reges essent , dico fuisse , vt nihil de capite ciuis , aut de bonis sine iudicio senatus , aut populi , aut eorum qui de qua re constituti iudices sunt , detrahi posset . Quibus ex locis perspicuum est , Romanos , etiā tum cùm regibus parebant , hanc tamen sacrosanctam legem habuif se , quam superius commemorauimus :
S A L V S P O P V L I S V P R E M A

H.iiiij.

LEX ESTO. neque vñquam regnum
vllum fuisse arbitror, præter Turcum,
in quo ciues non aliquam libertatis ima-
ginem retinerent, quæ in ynico comi-
tiorum habendorum iure posita est. Ita-
que legem illam Majores nostri summa
sapientia secuti decreuerunt, Rtemp. cō-
muni omnium ordinum consilio gerendā
esse: cuius consilij habendi cauſa cer-
to anni tempore Rex, & principes & dele-
cti ex singulis prouinciis conuentum a-
gerent. Quod idem institutum, videmus
etiam multis aliis in gentibus obseruatū
fuisse. Primum in Gallia nostra antiqua,
& libera, quam superius ex Cæsar's com-
mentariis ostendimus cōmuni Delecto-
rū Cōcilio administratā fuisse. Sed quo-
niam de Regno instituta cōmemoratio
est, satis constat, antiquitus in Græcia Am-
phyctionū Conciliū fuisse ab rege Am-
phyctione (vt Suidas & alij testātur) Deu-
calionis filio institutū, vt è xii. Græciæ
ciuitatibus certo anni tēpore delecti ad
Thermopylas cōuenirent, ibique de re-
gni & Reip. summis rebus cōmuni con-
silio deliberarent. qua de cauſa Cicero
Cōmune, Plinius Publicum illud Græciæ
Conci-

Conciliū appellat. Sic Populus Lacedæmonius, et si regem habebat, tamen de summa Rep. quidnam esset utile & honestū deliberabat: ut ex AEschine scribit Gellius lib. 18, cap. 3. quinetiam Regibus suis Ephoros, tāquam custodes atque obseuatores, imponebat, qui (quē admodum Plato scribit) Regibus freni instar essent, quorūmque consilio atque auctoritate Reges Remp. administrarēt. Quam eandem in insula Taprobane regni rationem Plinius commemorat lib. 6. cap. 22. ut Regi xxx. Rectores attribuerentur à populo, quorum consilio in gubernanda Rep. viceretur. ne si immēsa interminataque Regibus in ciues potestas permitteretur, eodem loco ac numero non modò suos ciues, sed etiam consanguineos, quo vel mancipia vel pecudes, haberent. quod in Turcico imperio accidisse constat, vbi non modò priuatos quosque ciues quasi pecudes maestare Tyranno ius est, verū etiam cognatos, propinquos, affines, fratres denique consanguineos. Simillimam Germanorum in imperio Germanico, constituendo sapientiam fuisse appetet,

vbi Imperator, Monarchæ: Principes, Aristocratiæ: ciuitatū verò legati, Democratiæ speciem obtinent. neque quicquā quod ad summam Rempub. Germanicam pertineat, nisi in Ordinum conuentu constitutum, atque complacitum sit, ratum & firmum habetur. Quinetiā eandem apud Anglos Regni administrādi formam esse, testis est Polyd. Verg. lib. Ang. Hist. ii. vbi sic scribit: Ante hæc tempora, (Regis autem Henrici I. vitam exponit) Reges non consuerant populi conuentum consultandi caussa, nisi per raro, facere: adeò ut ab Henrico id institutum manasse, iure dici possit. quod tam altis defixum, vt etiam nunc, radicibus semper stetit, vt deinceps quicquid ad Rempublicam bene gerendam, eiūsque conservationem deliberandum foret, illud ad Concilium deferretur, & si quid aut Regis aut populi iussu decretum factumque esset, id totum pro nihilo haberetur, nisi eiusmodi Concilij auctoritate foret comprobatum. Ac ne imperitæ vulgi multitudinis, cuius proprium est nihil sapere, iudicio Concilium impediretur, certa lege exceptum fuit

fuit ab initio, qui ex Sacerdotum cœtu,
quiue, quótue ex reliquo populo vo-
cari deberent ad Concilium. More Gal-
lico vulgò Parliamentum appellat. quod
vnusquisque Rex initio sui Regni habe-
re solet: qui & deinde, quoties res po-
stulat, suo arbitratu illud ipsum conuo-
cat. Hæc Vergilius. Sed ex his gentium
ferè omnium institutis nullum æquè in-
signe memoratur, ut illud Hispanorum,
qui cùm in communi Arragoniæ Con-
cilio Regem creant, rei memoriæque
consignandæ cauſſa fabulam peragunt:
hominémque inducunt, cui Ioris Arra-
gonici nomen imponunt: quem Rege
maiorem ac potentiores esse com mu-
ni populi decreto sanciunt, tandemque
Regē certis legibus &cōditionibus crea-
tū his affantur verbis, quæ propter exi-
miam ac planè singularē gentis illius in-
frenando Rege fortitudinē proferemus:
NOS QVI VALEMOS TANTO CO-
ME VOS, Y PODEMOS MAS QVE,
VOS, VOS ELEGIMOS REY: CON
EST AS Y ESTAS CONDITIONES:
INTRA VOS Y NOS, VN QVEMAN-
DA MAS QVE VOS. Id est, Nos qui tan-

ti sumus, quanti vos, & plusquam vos possumus, Regem vos eligimus, his atque conditionibus. Inter vos & nos unus maiore cum imperio est, quam vos. Quae cum ita se habeant, cum, inquam, gentium ac nationum omnium commune hoc institutum semper fuerit, quae quidem regio ac non tyrannico imperio vterentur, ut SALVS POPVLI SUPREMA LEX ESSE T: perspicuum est, non modò præclaram illam communis concilij habendi libertatem partem esse iuris gentium, verum etiam Reges qui malis artibus illam sacrosanctam libertatem opprimunt, quasi iuris gentium violatores, & humanæ societatis expertes iam non pro Regibus, sed pro tyrannis habendos esse. Quanquam quid eos tyrannos appellemus, ac non etiam atrociore vocabulo utamur? cum FL. Constantinus tyrannus, qui iuniore Honorio imperante tyrannidem in Gallia occupauit, vetus istud Galliæ nostræ institutum violare ausus non sit, sed tamquam sacrosanctum conseruarit. Nam cum Arelate regni sui sedem fixisset, eamque propterea Constantinam urbem vocari statuisset,

publicum

publicum gentis Concilium quotannis ex vetere instituto haberi solitum, in ea urbe haberi statuit: hoc est, septem prouinciarum conuentus, Viennensis, utriusque Narbonensis, utriusque Aquitaniae, Novocastropolitanae, & Alpium maritimorum. quod ex ipsis Constitutione nuper duorum clarissimorum virorum beneficio in lucem edita, cognoscere licebit. IMP. CONSTANTINVS AD AGRICOLAM PRAEFECTVM PRAETORIO GALLIARVM. Saluberrima magnificentiae tuae suggestione inter reliquias Reip. utilitates euidenter instructi, obseruanda prouincialibus nostris, id est, per septem Provincias mansura in æuum auctoritate decernimus, quod sperari planè ab ipsis prouincialibus debisset. Nam cū propter priuatas & publicas necessitates de singulis ciuitatibus, non solum de singulis Provinciis vel Honoratos confluere, vel mitti legatos aut possessorum utilitas, aut publicarum ratio exigat functionum: maxime opportunam & conducibile iudicauimus, ut seruata posthac quotannis consuetudine, in constituto tempore, in

Metropolitana , id est , in Arelatensi
vrbe incipient septem Prouinciae ha-
bere concilium. In quo planè tam in
singulis , quam in commune con-
sulimus : primum , ut optimorum con-
uentus sub illustri præsentia præfectu-
ræ , si id tamen ratio publicæ disposi-
tionis obtulerit , saluberrima de sin-
gulis rebus possint esse consilia. Tum
quicquid tractatum fuerit , & discussum
ratiociniis constitutum , nec late-
re potiores Prouincias poterit , vt pa-
rem necesse est inter absentes æqui-
tatis formam , iustitiæque seruari. Hinc
planè præter necessitates etiam hu-
manæ conuersationi non parum cre-
dimus commoditatis accedere , quod
in Constantina Vrbe iubemus annis
singulis esse concilium. Tanta est e-
nim loci opportunitas , tanta est co-
pia commerciorum , tanta illic fre-
quentia commeantum , vt quicquid
vsquam nascitur , illic commodius di-
strahatur. Neque enim vlla Prouin-
cia fructus sui facultate lætatur , vt
non nisi hæc propria Arelatensi , so-
li credatur esse fœcunditas . Quic-
quid

quid enim diues Oriens , quicquid o-
doratus Atalis , quicquid delicatus Af-
syrius , quod Africa fertilis , quod specio-
sa Hispania , quod fœcunda Gallia po-
test habere præclarum , ita illi exhibe-
tur affatim , quasi sibi nascantur omnia ,
quæ vbique constat esse magnifica .
Iam verò de cursu Rhodani , & Turo-
ni recursu , necesse est , ut vicinum fa-
ciant , & penè conterminum , vel quod
iste præterfluit , vel ille quod circuit .
Cum ergo huic seruiat ciuitati quic-
quid habet terra ptacipuum : ad hanc
vel naui , vel vehiculo , terra , mari ,
flumine deferatur quicquid in singulis
nascitur : quomodo non multum sibi
Galliæ nostræ præstitum credant , eum
in eadem ciuitate ptacipiamus esse con-
uentum , in qua diuino quodam mune-
re commodatum & commerciorum
opportunitas tanta præstatur ? Siqui-
dem hoc rationabili planè probatique
consilio iam & vir illustris Petronius
obseruari debere præceperit . Quod
interpolatum vel iniuria temporum ,
vel desidia Tyrānorum reparari solita
prudentiæ nostræ auctoritate decerni-

mus, Agricola Parés charissime, atque
amantissime. Vnde & illustris magnifi-
centia tua & hanec præceptionem no-
stram, & priorem sedis suæ dispositionē
per septem prouincias in perpetuo fa-
ciet custodiri, ut ab Idib. Augusti qui-
buscūque mediis diebus in Idus Septēb.
in Arelatensi vrbe nouerint Honorati,
vel Possessores iudices singularum Pro-
uinciarum annis singulis Cōciliū esse
seruandum, ita ut de Nouempulonia,
& de secunda Aquitania, quæ Prouin-
ciæ lōgius constitutæ sunt, si eorum Iu-
dices occupatio certa detinuerit, sciant
legatos iuxta consuetudinem esse mit-
tendos. Quia prouisione plurimum &
prouincialibus nostris nos intelligimus,
utilitatisque præstare: & Arelatensis vr-
bis, eius fidei secundum testimonia at-
que suffragia Patrieij parentisque nostri
multa debemus, non patuum adicere
nos constat ornatum. Sciat autem ma-
gnificentia tua, quinvis auti libris Iudicē
mulcetandum esse: ternis Honoratos, vel
Curiales, qui ad constitutum locum in-
tra definitū tempus venire distulerint.
Verūm ut ad institutū redeamus, cùm
illæ,

illa, quam superius exposuimus forma,
Resp. nostra maiorū instituto tempera-
ta è tribus generibus fuisset, cōstitutum
est ut quotannis, atque adeò quoties ma-
ior aliqua res incidet, solenne & publi-
cum Cōciliū indiceretur: quod propter
ea Trium statuum Parliamentum appel-
latum est: cùm eo vocabulo colloquium
& conuentus hominum intelligeretur
variis ex locis vnum in locum commu-
ni de re deliberandi caussa cocuntium.
Itaque colloquia inter hostes pacis aut
induciarum caussa instituta, semper in
Chronicis nostris illo Parliamenti nomi-
ne appellantur. Huic porro Cōcilio rex
in aureo tribunali sedens, præerat: cui
primùm Principes Regnique magistra-
tus, tum inferiore loco Legati ex singu-
lis ciuitatibus subsidebant: quos popu-
lari lingua Deputatos appellamus. Nam
vbi dies Concilii venerat, Rex ea pom-
pa in constitutum atrium deducebatur,
quæ magis ad popularem moderationē
quam ad Regalem magnificentiam ac-
comodata videbatur. Quam etsi perdi-
tis hisce temporibus aulicis assentatori-
bus irrisui fore non dubitamus, tamen

I.j.

quoniam pietatis pars est, Maiorum sapientia delectari, ex antiquis monimentis exponemus. Carpento igitur Rex in atrium vchebatur bubus tracto, quos auriga stimulo agebat. Vbi verò in atrium ac potius in Reip. sacrarium ventum erat, tum Principes Regem in aureo solio collocabāt; reliquique (ut iam diximus) suo quisque loco atque ordine subsidebant. Eoque demū in statu atque sacrario Regia Maiestas dicebatur. cuius rei etiam nūc insigne monimentum animaduertere licet in typo Regio, quod Sigillum Cancellariæ vulgo nominamus, vbi Rex non equo militari insidens, aut triumphali more quadrigis inuehēs, sed togatus & coronatus sedēs in solio, dextrāque sceptrum regale, sinistra sceptrum Iustitiæ tenens, solēnique concilio præsidens conspicitur. Et profectō ita est, vt ibi demū Regalis maiestas verè proprięq; dicatur, vbi de sūma Reipub. cōsilium agitur: non, vt imperitum vulgus usurpare solet, siue rex ludat pilā, siue saltet ac tripudiet, siue cū mulierculis garriat ac nugas agat: deniq; vt sēper Maiestatē Regiam nominet. Harum autem

autem rerū omnium testimonia ē multis pauca proferemus. Primū ex historia Eguinarthi, qui Caroli Magni Cancellarius fuit, eiūsq; vitā cōscriptis, & Hunibaldi Appendix apud Ioh. Trittenhemiu: Quocunque, inquit, eundū erat, carpento ibat, quod bubus iunctis & bubulco rustico more agente trahebatur. Sic ad palatium, sic ad publicum populi sui cōuentum, qui ad Kalendas Maij annuatim ob Regni vtilitatē celebrabatur, ire, sic domum redire solebat. Quod idem totidem propè verbis Iohannes Naucletrus in Chronologia Generat. 26. cōmemorat. Itemque auctor magni Chronici sub initiu: vitæ Caroli Magni, fol. 177. Neque verò nimioperè admirandū id videtur. nā hunc tēporum illorū morē fuisse, vt & Reges, & Reginæ, & Regij liberi bubus veherētur, argumēto est etiā ille Gregorij Turo. locus lib. 3. c. 26: Deuteria verò / hæc Childeberti regis vxor erat / cernēs filiam suā ex superiorē marito suscepta, adultā valde esse, timens ne ea concupiscens Rex sibi adsumeret, in basterna positam indomitis bobus coniunctis eam de ponte præcipitauit. Iam verò

I.ij.

de Tribunal aureo Aimoinus lib. 4. cap. 30. ita scribit , vbi de Rege Dagoberto cōmemorat : Generale indixit PLACITVM in loco nuncupato Bigargio : ad quod properē conuenientibus cunctis Franciæ Primoribus Kal. Maiis Rex solio residēs aureo hoc apud eos habuit orationis exordium. Item cap. 41. vbi de Clodoueo Rege loquitur : Medius inter eos solio residens aureo hoc habuit orationis exordium. Item Sigebertus. in Chro. anni 662 : Francorum (*inquit*) Regibus moris erat , Kal. Maij præsidere coram tota gente , & salutare , & salutari , obsequia & dona accipere. Quod Georg. Cendrenus totidem propè verbis sic expōnit : Κατὰ δὲ τὸν Μαΐον μῆνα προσκαθίζεσθαι ἐπὶ πάντοις τῷ ἔθνει καὶ προσκυνεῖν αὐτοῖς , καὶ ἀντιπροσκυνεῖσθαι υπ' αὐτῶν , διπροσφορεῖσθαι τε κατὰ σανδεῖσαν , καὶ ἀντιδιδόντας αὐτοῖς . Iā verò de populariū , qui ad Conciliū cōuenerant , auctoritate , testimoniū hoc extat apud Aimoinū lib. 4. cap. 41. vbi de Clodoueo secundo loquitur : Quanquam (*inquit rex*) Francigenæ ciues , terreni nos cura principatus admoneat , publicis vos consulentes rebus aduocare. Idē eodem li. c. 74.

AESTA-

Æstatis initio in Saxoniam eundem, & ibi (in Francia quotannis solebat) generalem conuentum quotannis habuit. Item lib. 4. capite 13. vbi de Carolo Magno loquitur: Peracta venatione Aquilgrani, rediens generalem populi sui conuentū more solenni habuit. Cap. 116. Imperator autem duobus conuentibus habitis, uno apud Nouiomagum, altero apud Compendiū, in quo & annua dona suscepit. Item capite 117. Mense Augusto Vormaciam venit, atque habitu generali conuentu, & oblata sibi annua dona more solenni suscepit, & legationes plurimas audiuit. Item lib. 5. cap. 31: Generale PLACITVM Idibus Iunii in villa Duzia-
co tenuit: vbi & annua dona sua suscepit. Atque hæc quidem de solenni Concilio, quod Historici & Galli & Germani depravata Latini sermonis consuetudine modò Curiam, modò Conuentum generalem, plerunque autem PLACITVM appellarūt. Gregor. lib. 7. cap. 14. Igitur adueniente PLACITO directi sunt à Childeberto rege, &c. & libro 8. c. 21: Sed cum ad PLACITVM Childebertus cū proceribus suis conuenisset &c. Aimoin. lib.

I.ijj.

Aimoin.lib.4.capit.109. Medio mense
Conuentus generalis apud Theodo-
nis villam magna populi Francorum
frequentia celebavit. Et mox: Eminuit
in hoc PLACITO piissimi Imperatoris
misericordia singularis. Nam moris fuit
ut in illo Cōcilio munera vndique Regi
mitterentur, quod & aliis multis locis
traditur: quibus Concilium illud, Con-
uentus generalis appellatur. Aimoin.
lib. 4. cap.64. vbi de Pipino Rege loqui-
tur: Coegit ut promitterent se omnem
voluntatem illius esse facturos: & annis
singulis honoris caussa ad generalem
conuentum equos trecentos pro mune-
re datus. Item cap. 85. Saxonum per-
fidiae non immemor, conuentum gene-
ralem trans Rhenum in villa Cuffen-
sten more solenni habuit. Iam verò
Concilium illud alio quoque vocabulo
Curia dicebatur. vnde nata popularis
locutio, cùm ad aulam & Regiam itur,
vt, iri ad Curiā dicatur: propterea quòd
rarò ad regē, nisi indicto publico gentis
cōcilio & parlamento, magnisq; de rebus
adibatur. Aimoin.lib.5.c.50. Carolus,in-
quit, Danorū Regis filius Flādrīæ Pro-
ceres

ceres quosdā iudicio Curiæ conuenienter petebat. Itē c. sequenti: Defuncto Hērico Romanorū Rege , in ea quæ maxima & generalis est habita Magūtiæ Curiā. Itē Otto Frising.lib.Frider.1.cap. 40. Post hæc Princeps Bauariā ingreditur, ibiq: mēse Februario generalē Curiā celebrauit. Item cap.43. Conradus Romanorum Rex, Principes conuocans in oppido Orientalis Franciæ Franconofurt generalem curiam celebrat . Posterioribus autem seculis dicta est Franciæ Curia : interdum Curia Parlamenti trium statuum , interdum præcisè Parliamentum statuum , vt posterius docebimus. Hinc illud Speculatoris Iuriscons. sub titulo de fériis, ad finem: Potest excusari consuetudo CVRIÆ REGIS FRANCIAE , quæ tempore parliamentorum omni die ius reddit: vt venientes de longinquis partibus citius expediantur. Itē illud Ioannis Fabri in Auth.hoc nisi. C. de solut. Curia Franciæ consuevit statuere, quod quando rex monetam debilitat, recipitur pro forti: quando fortificat, habetur respectus ad tempus contractus.

I.iiiij.

*De sacro sancta publici Concilii auctoritate: &
quibus de rebus in eo ageretur.*

CAP. X I.

Dinceps locus postulat, ut quibus de rebus in solenni Cōcilio ageretur, cōsidere-
mus: Maiorūmque nostro-
rū in constituenda Rep. sa-
pientiam admirēmur. Summatim autē
has ferē obseruauimus. Primum de cre-
ando vel abdicando Rege: tum de pace
& bello, de legibus publicis: de summis
honoribus, præfecturis, & procurementi-
bus Reip. de assignanda patrimonij par-
te liberis defuncti Regis, vel dote filia-
bus constituenda, quod Germanico ver-
bo Abānagium, quasi exclusoriam par-
tem, appellarunt, denique de iis rebus
omnibus, quæ vulgus etiam nunc Ne-
gotia Statuum populari verbo appel-
lat, quoniam de nulla (vt dixi) Reipu-
blicæ parte nisi in Statuum siue Ordinum
Concilio agi ius esset. Ac de cre-
andis quidē aut abdicandis Regibus su-
periūs, tum ex Caroli Magni testamēto,
tum etiam ex aliis auctoribus satis mul-
ta te-

ta testima^{tia} protulimus. Neque tamen illud prætermittimus, ex Reginonis lib. 2. sub anno D C C C V I. vbi de Carolo Magno scribens: Cū primoribus, inquit, & optimatibus Francorum de pace constituenda & conseruāda inter filios suos, & de partitione regni placitum habuit. Quo codem modo Aimoinus lib. 5. cap. 17. vbi de rege Carolo Caluo commorat: Generali (inquit) conuentu in Ca- risiaco habitu filium suum Carolum armis virilibus, id est ense, cinctus: corona Regali caput insigniuit, & Neustriam ei attribuit: Pipino, Aquitaniam. Nam (ut superius dictum est) prærogatiuam quidē regis filij magnam in illis comitiis ha- bebant: sed tamen etiā si à parentibus in suo testamento designati heredes erant, à populo tamen confirmandi erant: quem morem non modò Occidentales nostri, sed etiam Orientales Fraci retinuerunt. eiūsque rei cùm alia pleraque apud alios testimonia extant, tum illud singu- lare apud Vitichindū Sax. lib. 2. vbi cùm paulo antè scripsisset Henricum Imp. fi- lium suum Oddonem regni sui successo- rem designasse, ita infert: Defuncto Hen-

rico , omnis populus Francorum atque
Saxonum iam olim designatum regem
à patre filium eius Oddonem elegit sibi
in principem : vniuersalisque electionis
notātes locum, iusserunt ad Aquisgrani
palatij. Et mox, vbi Magontini Episcopi,
qui cum infulis illius in pompa & pro-
cessione occursum expectabat, orationē
ad populum exponit: En, inquit, adduco
vobis à domino Henrico olim designa-
tum, nunc verò à cunctis Principib⁹ re-
gem factum Oddonem. Si vobis ista elec-
tio placeat, dextris in cœlum leuatis si-
gnificate. Adhæc omnis populus dextras
in excelsum leuans, cum clamore valido
imprecati sunt prospera nouo Regi.

Quibus & similibus aliis permultis ex
locis facile intellectu est, idem Franco-
rum Orientalium & Occidentalium in-
stitutum in suis regibus diligendis fui-
sse: quippe , qui & vnis ex sedibus patriā-
que olim profecti, & perquandiu sub iisdem
regibus ac principibus iisdem legi-
bus ac moribus vterentur. Iam de regni
procuratione, insigne illud testimonium
apud eundem auctorem extat. libr. quin-
to, capit. 35. vbi de eodem Carolo Caluo
loquitur:

loquitur: Carolus (inquit) Romam proficisciens, Compendij Placitum generale Kalend.Iunij habuit: vbi per capitula, qualiter regnum Franciæ filius suus Ludouicus cum fidelibus eius & regni primoribus regeret, usque dum ipse Roma rediret, ordinat.Idem eodem lib. cap. 42. Cuius astatem (de Carolo Simplice loquitur) Franciæ primores incongruam, ut erat, exercendæ dominationi arbitratii, consiliū de summis meunt rebus: Franci, Burgūdiones, Aquitanienſesque proceres congregati in unum, Odonem tutorem Caroli, regnique elegere gubernatorem. Iam verò de legibus & constitutionibus, vel unus ille Gaguini locus in vita Ludouici cognomento Sancti, testimonio esse potest: Cùm Parisium, inquit, Ludouicus venisset, conuentu generali habitu, Remp. reformauit, statutis optimis legibus de iure à iudicibus dicens, & de officiis non emendis, &c. Porrò de summis honoribus, & præfecturis ad probatos viros deferendis, testimoniū apud Aimoīnum extat.libro 5.cap. 36. vbi de Carolo Caluo loquitur: qui cùm ante inaugurationem regni præ-

fecturas arbitratu suo tribuisset, Proceres solenne Concilium indicere cœperunt, legatosque ad regē mittere: neque prius regem coronari passi sunt, quām illorum Concilio atque auctoritate in illis mandādis magistratibus v̄lus esset: Regni priores, inquit, indignati, quia quibusdam honores dederat, sine illorum consensu, & ob id aduersum ipsum conspirarunt, & conuentum suum in villam Vvitmarium conduxerunt: indēque legatos suos ad Ludouicum direxerunt, sed & Ludouicus legatos suos ad illos direxit, &c. Item Regino lib. 2. Carolus placitum habuit in Compēdio, ibique cum optimatum consilio Rodiberto comiti ducatū inter Ligerim & Sequanam cōmendauit. Item Appendix Gregor. Turo. lib. ii. cap. 54. Eo anno, inquit, Clotharius cum proceribus & leudibus Burgundiæ Trecassiniis coniungitur: cum eos sollicitasset si vellent, mortuo iam Vvarnhario alium in eius honoris gradū sublimare: sed omnes vnanimiter denegātes, se nequaquam velle Maiorem domus eligerē, Regis gratiam obnixē petentes, cum rege transegere. Et c. 101. Mortuo Theodoro

dorico tege Franci Clodoueum filium eius paruulum elegerūt in regnum. quo non multos post annos mortuo Childebertus frater eius in regnum resedit: Grimoaldus autem cum Childeberto rege Maior domus palatij super Francos electus est. Ad eundem numerum referendæ sunt Principum contentiones, quæ Reip. pernicioſæ futuræ videbantur, de quibus in eodem illo Concilio disceptabatur. Nam Aimoinus lib. 4. cap. 1. vbi de Clotario Chilperici filio commemorat, à quo Brunechildis Austrasie regnum postulabat, ita loquitur: Clotarius respōdit, conuentum nobilium debere eam aggregare Francorum, & communī tractatu de communībus consulere rebus, se verò iudicio illorum in omnibus pariturum, nec præceptis promisit obstatutum. Quod idem Appendix Gregor. lib. 11. commemorans: Clotarius, inquit, respondebat, iudicio Francorum electorum quicquid procedente domino à Francis inter eosdem iudicabitur, pollicitum esse implere. Eodemque modo apud eūdem Gregorium lib. 8. c. 21. Bosco Gunthrannus sepulchri violati in publico

Francorum Concilio accusatus damna-
tusque dicitur. Cum ad placitum , in-
quit , Childebertus cum proceribus suis
conuenisset, & Guntthrannus de his in-
terpellatus clā aufugisset, ablatæ sunt ei
omnes res quæ in Aruerno de fisci mu-
nere promeruerat. Item Aimoinus lib. 5.
cap. 12. ubi de rege Ludouico Pio loqui-
tur , quem filij contentionibus exagita-
bant: Cùm autem instaret Autumnalis
temperies , ij qui Imperatori contraria
sentiebant , alicubi in Francia conuen-
tum fieri generalem volebant. Item cap.
13. in Theodonis villam conuenire ge-
neraliter suum populum præcepit. Et
paulo pòst : Sed post paucum tempus i-
dem ad festum Sancti Martini populum
conuocauit: filiumque Pipinum fugien-
tem ad se quoquomodo reuocare vo-
luit. sed ille id refugiebat. Eadémque ip-
sa de re Gaguinus commemorans: At cō-
iurati (inquit) cùm intelligerent absque
procerum conuentu regem se deiicere
non posse, magnis viribus enitūtur Con-
cilium in Francia habere. Repugnabat
tamen Ludouicus , quòd sciret Francos
ab inimicis aduersum se persuasos esse,

Maguntiæ

Maguntiæ propterea cōuentum indixit :
mandatque neminem in Concilio cum
armis admitti. At ne publico auctoramē-
to coniurati aduersus patrem filij desti-
tuerentur, coacto apud Compendium ex
toto regni Episcoporum Procerūmque
Concilio, Lotharius eductum de custo-
dia patrem Compendium perduxit. Rur-
sus Aimoin.lib.5.cap.38.vbi de rege Lu-
douico Balbo scribit , qui Concilium
Marsuæ agebat, & de pace cum suo con-
sobrino conferebat. In ipso quidem pla-
cito, inquit, hæc quæ sequuntur inter eos
consensu fidelium suorum seruanda con-
uenerunt. Nunc cetera videamus. Nam
illud præterea repertio moris fuisse , ut si-
quis Princeps atque illustriore loco na-
tus criminis alicuius insimularetur, in iu-
diciū ad illud Concilium vocaretur ,
ibique cauſam dicere cogeretur . Ita-
que regis Clotarij tempore cùm Bru-
nechildis multorum capitalium crimi-
num accusata & damnata est , rex Con-
cilio Francogalliaæ indicto ita cum ordi-
nibus loquitur, apud Aimoinum lib. 4.c.
1. Vos dulcissimi cōmilitones, & præemi-
nentes Franciæ primores , decernite cui

subiaceat suppicio tanti obnoxia sceleris. Et Ado Ætat. vi. sub anno 583. In præsentia, inquit, regis iudicantibus Francis, indomitis equis religata discinditur. De regalis vero patrimonij partitionibus & abannag iis, testimonium extat apud eundem libro 5. ca. 94. ubi de Carolo Magno commemorans ita loquitur: Illis absolutis conuentum habuit Imperator cum primoribus & optimatibus Francorum de pace constituenda, & conseruanda inter filios suos, & diuisione regni facienda in partes tres, ut unusquisque illorum quam partem tueri & regere debuisse, si superstes illi eueniret. Item eo loco ubi de partitione inter Ludouici liberos facta loquitur, libro 5. capit. 40. Profecti Ambianos, & sicut fideles illorum inuenierunt, regnum paternum inter se diuiserant. Item cap. 41. ubi de Carolomanno scribit, qui Vvormaciæ Concilium agebat. Ad quod Placitum Hugo profectus pro petitione partis regni, quam frater suus Ludonicus in locarium acceperat. Quinetiam ex aliis locis licet animaduertere, si quando rex maiores sumptus facere instituisset, velut in templis ædificandis.

candis & monasteriis fundandis: rex ordinum consilium exquirerebat. Nam Aymoinus libro 4.cap.41 vbi de Clodoueo secundo loquitur, qui in tribunali pro solenni Concilio sedebat: Hoc habuit, inquit, sermonis exordium: Quanquam Francigenæ ciues, terreni nos cura principatus admonet, publicis vos consultores rebus aduocare. Atque hæc quidem hactenus. Ex quibus perspicuum esse arbitramur, quod initio diximus, Maiores nostros, qui vere Franci ac libertatis custodes fuerunt, à Turcica dominandi tyrannide abhorruisse: diuinumque illud præceptū arcta retinuisse: SALVS PONITI SVPREMA LEX ESTO. quippe, qui omnem planè regni administrandi potestatem penes maximū comitatum, & ordinum Concilium colloca- rint: quod, ut antè diximus, Placitum appellabant, propterea quod Latina con- suetudine Placitum id propriè dicitur, quod re in multorum consilio quæsita & deliberata tandem inter ipsos conuenit: vnde Placita philosophorum apud Ciceronem, & alios auctores dicta sunt. Gel- lius lib.18.ca.3. Populus, inquit, Lacedæ-

K.j.

monius de summa Rep. quidnam esset
utile & honestum deliberabat. Et mox :
Consilium quod dabat, acceptum ab u-
niuersis & complacitum est. Sic Romæ,
quæ Senatus de maioris Senatorum par-
tis sententia decreuerat, his prescribebā-
tur verbis: PLACERE SENATU:
ut cum ex aliis veteribus S.C. cuius no-
tum est, tum etiam ex iis quæ in libris
nostris extant: velut in l. item veniunt,
20. §. præter hæc. D. de hered. petit. & l.
2. D. ad Velleian. neque quicquā in iis-
dem libris frequentius est, quam Placi-
tum appellari, quod inter aliquos con-
uenit. velut in l. vlt. C. de pignorib. Pro
tenore cōmuniis militantium placiti. &
Placitum pro conuentione in l. 33. C. de
transact. l. j. C. de paet. l. 4. D. de seruit. &
aliis sexcentis locis. Quæ cùm ita se ha-
beant, non absurdā, opinor, conjectura
nostra videbitur, quam aliis iam quibus-
dam in libris nostris exposuimus, vulga-
tam formulam, qua etiam nunc regij
scribæ in legum & constitutionum clau-
sulis utuntur, ex illo PLACITI voca-
bulo, natam esse: QVIA TALE EST
NOSTRVM PLACITVM. Nam
cùm

cum illæ Latinis literis scriberetur (quod ex Aimoino & Capitulari Caroli Magni, & omnibus archiis, monumentisque Gallicis satis constat) postea scribæ regij, vbi populari sermone uti cœperūt, ita vel inscientia, vel malitia potius conuerterunt: *Car tel est nostre plaisir: Quoniam ita nobis placet.* Nam de populi quoque potestate argumentum in Caroli Capitulari hoc extat: *Vt populus interrogetur de capitulis, quæ in lege nouiter addita sunt: & postquam omnes consenserint, subscriptiones & manufirmationes suas in ipsis capitulis faciant: Quibus ex verbis patet, populos Franciæ, iis demum olim legibus astringi solitos, quas in comitiis suffragiis suis sanxerant.* Et in fin. Legis Alemannicæ, Hoc decretum est apud Regem, & Principes eius, & apud cunctum populum Christianum, qui infra regnum Merouingorum consistunt. Item apud Aimoin. lib. 5. cap. 38. In ipso Placito hæc quæ sequuntur, inter eos consensu fidelium suorum seruanda conuenerunt. Cōuentio- quæ inter gloriosos reges &c. & ipsis & communibus fidelium ipsorum fauenti-

K.ij.

bus & consentientibus facta est. Postremo ne illud quidem prætermittendum est , tantam huius Concilij apud exteris gentes auctoritatem fuisse, ut etiam Principes exteri si quid controuersiæ haberent, id interdum illius Concilij iudicio permitterent. Appendix Gregor. Turon. lib. ii. cap. 37. Anno xii. regni Theodorici cum Alsaciones, vbi fuerat enutritus, præcepto patris sui Childeberti tenebat, ad Theodebertum barbarico ritu peruaditur : vnde placitum inter hos duos reges, ut Francorum iudicio finiretur, Saloillo castro instituunt.

*De Praefectis Regiis, qui Maiores
domus dicebantur.*

CAP. XII.

Riusquam de cōtinuata Publici Cōciliij auctoritate plura expōnamus , non prætermittenda cōmemoratio est de Regiis Praefectis, qui Merouingicis temporibus Maiores domus, hoc est, Magistri Palatij dicebantur: qui cū regiam potestatem aliquandiu obfessissent, aliquando tandem facultatem nacti, eam pro sua occuparunt. Eorum vi
de eo

deo eandem propè apud reges nostros dignitatem fuisse, qualis quondam apud Imperatores Romanos erat Præfectorum Prætorio: qui etiam Aulæ præfecti dicebantur. Eodem autem in Concilio & conuentu, quo reges ipsi designabantur: publicique consilij auctores ac principes erant. Itaque passim apud Historicos nostros illa occurrunt: In principatum Maioris domus elegerunt. Item: Herchinoldo Maiore domus defuncto, Franci Ebrouinum in hac dignitate, ut Maior esset in Aula regia, constituunt. Item: Hilde-richum super se regem leuant, Maiorem domus, Vvolfoldum. Quod ad superiorem proximam tractationem pertinet, vbi maiores quosque magistratus non à rege mandari, sed in solenni Concilio fidelissimis & probatissimis viris deferri solitos demonstrauimus. Verùm in hoc magistratu idem planè vsuuenit, quod Plutarchus in Lysandri vita tum accidisse scribit, cùm Agesilaus à Lacedæmoniis ad exercitum Imperator missus est: Lysander autē legatus: Ut in tragœdiis, inquit, plerunque vsuuenit histrionibus, ut qui nuncij vel famuli personam su-

stinent, pluris fiant, primásque partes agant: illius verò qui sceptrum & diadema gestat, ne vox quidem exaudiatur: sic penes legatum Lysandrum maiestas imperij versabatur: penes Regem verò, nudum atque inane nomen manebat. Quod eodem modo in Francogallia nostra tum accidit: oblata videlicet occasione, & crescendi facultate ex regum aliquot inertia, desidiāque: in quibus Dagobertus, Clodoueus, Clotarius, Childericus & Theodoricus numerari possunt. Nam Paulus Diaconus libr. de gestis Langob. &c. cap. 5. Hoc tempore, inquit, apud Gallias Francorum regibus à solita fortitudine & scientia degenerantibus, ij qui Maiores domus regalis esse videbantur, administrare regis potentiam, & quicquid regibus agere mos est, cœperunt. Et in eandem sententiam auctor historiæ Francorum, quem Venericus Vercellensis aliquoties, sine nomine tamén, profert, ita scribit: Tempore Clotarij patris Dagoberti regnum Francorum regi cœptum est, & administrari ab his, qui Provisores aulæ regiæ, vel Maiores domus esse videbantur. Quod idem

idem Godfridus Viterbien. parte Chronic. 16. testatur. Itaque dum illi Magistri Palatij omnia Reipub. munera obirent, & siquod gerendum esset bellum, exercitibus præsenterent, hi domi nudo atque inani Regum nomine contenti, propter desidiam in otio viuebant. Tandemque eò progressa res est, ut Childerico rege xvi. regnum obtinente, Pipinus Magister Palatij, qui regis nomine magna diuturnaque bella gesserat, Saxones deuicerat, suamque in potestatem redegerat, oblatam regij nominis occupandi facultatem non repudiavit: exercitu præsertim, eoque victore & glorioso instructus. Quarum rerum apud Auctores testimonia hæc extant. Primum apud Ottonem Frisingensem Chronic. 5. cap. 12. & imitatorem ipsius Godfridum Viterbiensem, part. 16. vbi sic scribunt: Reges Franciæ ante tempora Pipini Magni, qui Maior domus erat, expertes omnis administrationis & regiminis, solo nomine regnabant: sed Maiores domus vniuersam regni administrationem habebant. In eandem sententiam Sigebertus sub anno 662.

K.iiij.

& Lothario Clodouei filio ita loquitur :
Abhinc Francorum regibus à solita for-
titudine & scientia degenerantibus, re-
gni potentia disponebatur per Maiorem
domus, regibus solo nomine regnanti-
bus : quibus moris erat principari qui-
dem secundum genus, & nil agere, vel
disponere. Quanquam in hac comme-
moratione cautio adhibenda est. nam
cùm & Pipinus & eius filij ob eruptum
regi Childerico regnum inuidia/ ut cre-
di par est) laborarent, reperti sunt homi-
nes ingeniosi, qui & Childerici, & supe-
riorum regum desidiam verbis maiorem
facerent : inertiamque grauius accusa-
rent. In his Eguinarthus Caroli Magni
Cácellarius, qui suo Imperatori strenuā
in ea re operam nauavit. Nam initio sui
libri ita scribit: Gens Merouingorum, de
qua Franci reges sibi creare soliti erant,
vsque in Hildericū regem, qui iussu Ste-
phani Rom. Pótificis depositus ac deton-
sus, atque in monasterium trusus est, du-
rasse putatur : quæ licet in illo finita pos-
sit videri, tamen iamdudū nullius vigo-
ris erat, nec quicquam in se clarum, præ-
ter inanc regis vocabulum, præferebat.

Nam

Nam & opes & potentia Regni penes Palatijs Præfectos, qui Maiores domus dicebatur, & ad quos summa imperij pertinebat, tenebantur: neque aliud Regi relinquebatur: quam ut Regio tantum nomine contentus, crine profuso, barba submissa, solio resideret, ac speciem dominantis effingeret, legatos vndeque venientes audiret, eisque abeuntibus responsa, quæ erat doctus, vel etiam iussus, ex sua velut potestate redderet: cum præter inutile Regis nomen & precarium vitæ stipendum quod ei præfetus Aulæ, prout videbatur, exhibebat, nihil aliud proprij possideret, quam vna præparui reditus villam: in qua & domum, ex qua famulos sibi necessaria ministrantes, atque obsequium exhibentes paucæ numerositatis habebat. His Egwinathi verbis, quæ in Appédice quoque Hunibaldi apud Trittenhemium repetio, inductus Sigebertus sub anno 662. eadem propè verborum contumelia superiores Reges insectatur: Quibus, inquit, moris erat principati quidem secundum genus, & nihil agere vel disponere, quam irrationaliter edere & bi-

bere, domique morari. Quasi verò hæc eadem Regum superiorum ratio, atque inertia fuit: in his Clodouei, qui non modò innumerabiles Germanorum copias, in Galliam irrumpentes, prælio propè Tolbiacum commisso, profligauit: verùm etiam Romanorum reliquias è Galliæ finibus propulsauit. Iā verò quid de Childeberto, & Clothario dicemus, qui Vvisigothos & Ostrogothos è Provincia & Aquitania, vbi sedes fixerant, exterminarunt? Quorum omnium in historiis nulla Magistri Palatij, ne minima quidem mentio fit: nisi forte cursim atque obiter, & tanquam vnius è Regij Imperij administris. velut apud Gregor. lib. 5, cap. 18. vbi de Gucilio loquitur: & lib. 6. cap. 9. & cap. 45. & lib. 7. cap. 29. Itaque honos ille non tantum in Regis, verùm etiam in Reginæ aula & comitatu versabatur. Nam idem Gregor. libro 7. cap. 27. Vvadonem quedam nominat Maiorem domus in aula Reginæ Rigunthæ: aliisque locis pluribus idem Gregor. & Aimoinus Magistros aulæ domusque Regiæ commemorant. Tantæ autem illorum Regiorū præ-

præfectorum potentiae initium (vt modò diximus) cœpit tempore Clotharij II. circiter annum Christi DLXXXVIII. id est, circiter CXXX annis post Regnū Francogalliae constitutum. Quod ex eo, quem Venericus aliquoties profert, historico licet cognoscere. Sunt tamen duo alij historici, sed nequaquam tantæ auctoritatis, Sigebertus & Trittenhemius qui tantæ potentiae initium ad Clotharij III. Regnum referunt: cuius Magister Palatij Ebroinus nominatur, homo nequitia & crudelitate insignis. Vt cunque sit, Historici aliis quoque nominibus Magistros illos Regij palatij appellabant: item Comites domus Regiæ, Præfectos aulæ, Comites Palatij quinetiam aliquot post seculis Seneschalli Franciæ appellati sunt. Sigebertus sub anno M C L X X: In purificatione beatæ Mariæ fuit filius Regni Anglorum Parisiis, & seruit Regi Francorum ad mensam, vt Seneschallus Franciæ. Hanc Senescalciam, vel (vt antiquitus dicebatur) Maioratum domus Regiæ Robertus Rex Francorum dedit Gaufrido, &c.

Utrum Pipinus Papæ, an Francogallici consilij auctoritate Rex factus fuerit.

CAP. XIII.

Voniam superiùs dictū est,
 Pipinum ex magistro Pala-
 tij Regem esse factum, exa-
 cto Childerico Rege stupi-
 do, in eoque Childerico
 Merouingiorum stirpem defecisse: non
 alienum est, hoc loco exquirere, cuius-
 nam auctoritatē Regnum illi delatum
 fuerit. Nam Gelasius Papa in can. aliis.
 15. quæst. 6. Alius, inquit, Romanus Pon-
 tifex, Zacharias scilicet, Regem Fran-
 corum non tam pro suis iniquitatibus,
 quam pro eo quod tantæ potestati erat
 inutilis, à regno deposuit: & Pipinum
 Caroli Imperatoris patrem in eius locū
 substituit: omnésque Francigenas à iu-
 ramento fidelitatis absoluir. Neque ferè
 quisquam est, qui non illud Papæ de se-
 metipso testimonium approbarit: Ado,
 Lambertus, Regino, Sigebertus, Ai-
 moinus, Landulphus. Quinetiam Vene-
 ricus Vercellensis, in eo quem superiùs
 protulimus libroverba hæc ex epist. Gre-
 gorij Papæ v. 11. ad Hermannum Meten-
 sem

sem Episcopum profert: Quidam Romanus Pontifex Regem Francorum non tam pro suis iniquitatibus quam pro eo quod tantæ potestati non erat utilis, à regno depositus, & Pipinum in eius loco substituit, omnésque Francigenas à iuramento fidelitatis, quam illi fecerant, absoluit. Hæc ille. Quod idem Otto Friesing. commemorans libro Chron. 5. cap. 23. itemque Godfrid. Chronic. parte 17. ita exclamat: Ex hoc facto Romani Pontifices Regna mutandi auctoritatem trahunt. Sed videamus, ne huius historiæ veritas non satis constet. nam primum omnium ex tanto Regum Francorum numero, quos vel creatos, vel abdicatos docuimus, neminem esse constat, Papæ auctoritate vel creatum, vel abdicatum: contrà verò docuimus ius illud omne & creandorum, & abdicandorum Regum, penes solenne gentis Conciliū fuisse. ut planè incredibile videatur, Francos in hoc vno ius illud suum neglexisse. Quid verbis opus est? Venericus ille Vercellensis testimentiū profert historici veteris, qui de gestis Francorum conscriperat: quo tota illa narratio mendacij coargui-

tur: dilucidé que affirmatur. & Childe-
cum & Pipinum vſitato Francorum mo-
re, veterúm q; i nſtituto, illum abdicatū:
hunc autem in illius locum ſuffeſtum
fuifſe: hoc eſt, ſolenni gentis cōcilio: cu-
ius ſoliuſ tantam fuifſe potestatē, ſupe-
rius demonstrauimus. Illius autem histo-
rici verba hæc ſunt: Quod vnā cum cō-
ſilio & conſenſu omnium Francorum
miſſa relatione ad ſedem Apoſtolicam,
& auſtoritate percepta, præcelfus Pipi-
nus electione totius gētis ſublimatus ſit
in ſedem Regni, cū conſecratione Epi-
ſcoporū, & ſubieſtione Principū. Qui-
bus ex verbis ſatis patet, Pipinum non à
Papa, ſed à populo ipſo & Ordinibus ac
Statibus Regni delectū, i nauguratū-
que fuifſe. Quod etiam paulò ante dilu-
cidius idem Venericus ex eodē H iſtori-
co ſic exponit: Pipinū Maiorem Palatij
cūm ad illū ſpectaret ſumma Regiae po-
teſtatis & officij, eleſtum fuifſe primū
ex præfectis palatij in Regē, atque ordi-
natū fuifſe: priuſ ſuper hoc experto Za-
chariæ Papæ iudicio: quia conſenſus &
auſtoritas Romani Pontificis neceſſaria
huic videbatur negotio. Et mox: Quotū
legato-

legatorum postulationē cùm æquā atque utilem Zacharias Papa iudicasset, ad ea quæ postulabant consensit, & Pipinus factus est Rex communi suffragio Principum. In eandem sententiam Ado Viennensis Æt. vi. sub anno 727. ita scribit: Misli legati ad Zachariā ut interrogarent eū, si ita manere deberent Reges Francorum, cùm penè nullius potestatis essent, iam solo Regio nomine contenti. Quibus Zacharias Pōtifex responsum dedit, Regem potius illum debere vocari, qui Remp. reget. Reuersis legatis, abiectoque Childerico, qui tunc Regium nomen habebat, Franci per consilium legatorum & Zachariæ Pontificis electū Pipinum Regem sibi constituunt. Præter illos superiores extat Aimoini testimonium in eandem sententiam lib. 4. cap. 61. vbi ad extremum ita concludit: Hoc anno Pipinus Rex Francorū appellatus est, & more Francorum eleuatus in solium Regni, in Suessionum ciuitate. Sed & Godfridus Viterbien. Chronic. parte 17. capite 4. Pipinus, inquit, per Papam Zachariam ex electione Francorum rex factus est Francorum, Hildrico igna-

uo Rege per Francos in monasterium misso. Horum similia dilucide scripserunt Sigebertus sub anno 752. auctores historiae miscell.lib. 22. Item Otto Friesing. lib. 5. cap. 21. 22. 23. & auctor libri cui titulus est, Fasciculus temporum. Ex quibus omnibus facilè intellectu est, Nō si Frāci Pipinū exquisita Papæ sententia Rēgē crearūt, iccirco illū Papæ imperio atque auctoritate creatū fuisse. Aliud est enim Rēgē creare, aliud creandi consilium dare. aliud ius creādi habere, aliud ius consilij dādi. quāquā cōsilij in huiusmodi rebus dandi ius nemo habet, nisi s à quo petitur. Denique nemo dilucidius totam hanc rem explicat Matsilio Patauino, qui imperante Ludouico Bauaro librum de translatione imperij conscripsit: in quo, cap. 6. ita loquitur: Pipinus filius Caroli Martelli, vir in rebus belli-
cīs strenuus, legitur à Zacharia Papa in Regni Francorum excellentiam sublimatus. Sed Aimoitus in Gestis Francorum scribit, & verius, Pipinum per Francos legitimè in Rēgem electum, & per Regni Proceres leuatum. Chidericus
vérò, qui tum sub nomine Regio in delitiis

litiis marcescebat, fuit in monachum tō-
foratus. Vnde non illum Zacharias depo-
suit, sed deponentibus (vt quidā aiunt)
cōsensit. Nam talis depositio Regis, & al-
terius institutio, propter rationabilē cauſ-
sam, non ad Episcopum tantummodo,
neque ad clericum aliquē, aut clericorū
collegium pertinet, sed ad vniuer-
sitatem ciuium inhabitantium regionē,
vel nobilium, vel ipsorum valentiorem
multitudinē Hæc Marsilius. quibus con-
sentaneum postea reperi locum in Ap-
pendice Hunibaldi, apud Ioh. Tritten-
hemium: vbi scriptum ita est: Eodē an-
no proceres totius Regni conuenientes
in vnum super abrogatione Regis Hil-
derici inutilis, cœperunt habere consi-
lium. placuit autem in commune om-
nibus, vt Regem Hildericum nullam re-
gnandi vel peritiam, vel potestatem ha-
bentem deponerent: & Pipinum pe-
nes quem totius regni summa manebat
auctoritas in regem sublimarent. Sed
Pipinus in hanc rem consentire noluit,
nisi prius consilium Romani pontificis
Zachariæ inquiratur, cauſas allegans
se monentes. Paparum igitur commen-

L.j.

tum de iure Regum vel créadorum, vel abdicandorum, perspicuum omnibus esse arbitror. Sed præter commentum, quod improbitatis & malitiæ documen-
tū est, operæ pretium est, insignem quan-
dam Stephani Papæ epistolam ad hanc
fabulam accommodatam proponere,
ex qua de veteratoris illius stoliditate &
vesania existimare liceat. Extat autem
apud Reginonem, monachum ordi-
nis Benedictini, Abbatem Pruniacēsem,
testem in hoc genere irrefragabilem: in
Chron. anni D C C L III. S T E P H A-
NVS Episcopus, seruus seruotū Dei. Si-
cūt nemo se debet iactare de suis meri-
tis, sic non debent opera Dei, quæ in il-
lo per suos sanctos fiunt, sine suis meri-
tis silleri, sed prædicari: sicut angelus ad-
monet Thobiā. Vnde ego pro oppres-
sione sanctæ Ecclesiæ à Rege atrocissi-
mo & blasphemō & nec dicēdo Haistol-
pho, ad optimum & Sancti Petri fide-
lem Dominum Pipinum, Christianissi-
mum Regem, in Franciam veni: ubi æ-
grotavi usque ad mortem: & mansi ali-
quod tempus apud pagum Parisiacum,

inve-

in venerabili monasterio Sancti Dionysij martyris: quem, cum iam medici desperarent, fui sicut in oratione in Ecclesia eiusdem beati martyris subitus capanis: & vidi ante altare Dominum Petrum, & Magistrum gentium Dominum Paulum: & tota mente illos recognoui de illorum surcariis: & tunc Beatum Dominum Dionysium ad dextram Domini Petri, subtilem & longiorrem. dixitque bonus Pastor, Dominus Petrus: Hic frater noster postulat sanitatem: & dixit beatus Paulus: Modo sanabitur. & appropinquans misit manum suam ad pectus Domini Dionysij amicabiliter, respexitque ad Dominum Petrum: & dixit Dominus Petrus ad Dominum Dionysium hilariter: Tua gratia est sanitas eius. Et statim Dominus Dionysius thuribulum incensum, & palmam in manu tenens cum presbytero & diacono, qui in parte stabant, venit ad me, & dixit: Pax tecum frater, noli timere. non morieris donec ad sedem tuam prosperè reuerteris! Surge sanus, & hoc altare in honorem Dei, & Apostolorum Petri & Pauli, quos videlicet dedicas missas gratiarum ages, moxque
audia.

L.ij.

factus sum sanus : & volebam implere,
quod mihi præceptū erat , & dicebant,
qui ibi aderant, quod dementabā. Qua-
propter retuli illis & Regi , suisque om-
nibus ex ordine quæ videram , & quo-
modo sanatus fuerim , & impleui quæ
visa sunt mihi omnia. Gesta sunt autem
hæc anno ab incarnatione Domini
DCCLII I.V.Id. Aug. quo Christi robo-
ratus virtute, inter celebrationē conse-
crationis præfati altaris , & oblationem
sacrificij, vnxi in Reges Francorum Re-
gem Pipinum , & duos filios eius Ca-
rolum & Carolomanum. Sed & Ber-
trandam coniugem ipsius Regis, indu-
tam cycladibus regiis, & gratia spiri-
tus sancti septiformis consignauit in Dei
nomine : atque Francorum proceres A-
postolica benedictione sanctificans, au-
toritate S. Petri sibi à Christo tradita
obligauit , & obtestatus est , vt nun-
quam de altera stirpe per succeden-
tiū temporum currūcula , ipsi vel qui-
que ex eorum progenie orti, Regem su-
per se præsumant aliquo modo consti-
tuere, nisi de eorum progenie. Hæc Papa
Stephanus: cuius cū ridicula bonis om-
nibus

nibus vesania videri debet , tum etiam detestāda illa execratio, qua in eorū caput vtitur, qui non ex Caroli Magni stirpe prognati regnum obtinerent. vt vel vnicus ille locus eius libelli quem Matharellus nescio quis , rabula impudens & impurus, aduersus hanc nostram Frācogalliam edidit : & in quo stultissimā illam Papæ Stephani epistolam comprobat, stoliditatem insignem coarguat: dignissimūmque & illum & alterum nescio quem Papirium Massonum , Iesuitam Bardocucullū, Sycophantam mercede conductum ostendat , qui in Mathurini Parisiensis fano, vbi eiusmodi fanatici curātur , flagris ad necē cädātur.

De Comestabulo, & Paribus Francia.

CAP. X.III.

Pater illam Magistri Palatij dignitatem, de quasuperius diximus , fuit & altera de qua siccirco dicendum hoc loco est, quoniam hæc, Maiorum nostrorum memoria, videtur in illius locū successisse. Erant enim Comites stabuli Regij , vnde Comestabuli , ad extreūm Connestablij po-

L.ijj

Ita, corrupto nomine, dicti sunt. Comites autem vulgo dicebantur omnes, qui amplissimos quosque honores, in Regia obtinebant: & Rempublicam pro parte administrabant: à qua consuetudine veteres nō abhorruisse, aliis quibusdam libris nostris docuimus. Sic enim Cicero Callisthenē Alexandri Magni Comitem non vno loco appellat. Erat autem Comes stabuli, ferè is, qui apud Romanos Magister equitum dicebatur: hoc est, qui equitatui præstat: cui custodes equotū suberant, quos vulgo Scurieros appellamus. Gregor. Tuto. lib. 5. cap. 39. Thesaurarius Clodouei à Cuppane Stabuli comite de Biturigo retractus, vindictus Reginæ transmissus est. Et rursus capite 48: ubi de Leudaste loquitur: Quæ libenter eum colligēs prouocat, equorumque meliorum deputat esse custodem. Hinc iam obfessus vanitate, & superbiæ deditus, Comitatum ambit stabulorum: quo accepto cūctos despicit ac postponit. Quibus ex locis apparēt, custodiam equorum præfecturam fuisse honestissimam, sed multo ampliorem Comitatum Stabulorum.

bulorum. Cuius rei Aimoinus quoque auctor est libro 3. capite 43. vbi de eodem Leudaste loquitur: Reginæ familiariſſimus factus, custos equorum efficitur. Inde Comitatum super ceteros nactus custodes, post mortem Reginæ Comitatum Thuronicum à Chariberto percepit. Et rursus capit. 70. Leudegisilus Regalium præfectus equorum, quem vulgo Connestabilem vocant, quémque Rex ei præfecerat expeditioni, machinamenta deduci imperat. Item lib. 4. cap. 95. vbi de Carolo Magno loquitur: Eodemque anno Burchardum Comitem Stabuli sui cum classe misit in Corsicam. Quod Regino libro 2. commemorans: Eodem anno, inquit, Burchardum Comitem Stabuli sui, quem corruptè Constabulum appellamus, cum classe misit in Corsicam. Hunc autem Appendix Gregorij Comestabulum appellat, lib. 11. Brunechildis, inquit, ab Erporre Comestabulo de pago producitur. Quod cum ita esset, Alb. Krantzius libro Suet. 5. capite 41. ausus est Connestabulum affirmare, eundem esse, quem Germani Marschallum

L. iij.

appellant. Gubernatorem, inquit, appellauere ex Optimis militem, qui conuocandis Regni cœtibus & omnia vice Principis gerendi habeat potestatē. Mareschalcum nostri vocant: Galli Connestabulum. Hæc ille. quæ fortassis eò probabiliora videri possunt, quod Marefchallorum nullam in Francogallia nostra mentionem antiquitus animaduerto: ut verisimile sit, Regum posteriorum institutum illud fuisse, ad Germanorum consuetudinem accommodatum. Hunc autem stabulorum Comitatum non dubito à Romanorum Imper. instituto natum fuisse: etsi ex paroïs initiis tandem moribus nostris ad præfecturæ prætoriæ dignitatē excreuit. Erat autem per illa tempora dignitas hæc tanquam militaris Tribunatus. Ammia. lib. 26. vbi de Imp. Valentiniano loquitur: Nicomediā itineribus certis ingressus, Kalen. Martiis Valentem fratrem stabulo suo cū Tribunatus dignitate præfecit. Eius dignitatis in Cod. Iustiniani mentio fit l. i. C. de comitibus & tribunis schol. vbi magni honoris loco illis tribuitur, ut Imperatoris epulis præesse, & purpuram eius adorare

dorare possint. Itémque in l.;. C. Theodos. de annon. & tribut. & l. perpensa, 29. Cod. Theodos. de equor. collat. & l. i. C. Theo. qui à præbit. tyron. vbi ius illis conceditur sportulas exigendi à prouincialibus, qui militares equos ad usum Imperatoris conferebant. Supereft, vt de iis magistratibus differamus, qui vulgo PARES FRANCIAE nominantur: quanquam nobis quidem non studium, sed monumentorum facultas deest. Nam ex tanto librorum numero, qui Francogalliæ Annales & Chronica dicuntur, ne unus quidē extat, in quo probabilis aliqua illius instituti ratio proferatur. Quod enim Guagrinus & Paulus Æmilius non tam Regū Gall. quam Paparum historicus, & alij peruvlgati scribunt, magistratus illos vel à Pipino, vel à Carolo Magno institutos fuisse: id planè absurdum esse, vel hinc licet intelligatur, quod ex tam multis Germanis Historicis, qui regum illorum ætate, aut paulò infra eorum ætatem historias scripserunt, nullus planè Magistratum illorum mentionem vel tenuissimam interponit. Quintiam Aimoini de Francorum institutis

& rebus gestis historia, usque ad Ludouici Pij, eiusque Appendix ad Ludouici Iunioris Regis xxxvii. etatem perducta, nusquam horum Parium mentionem facit. Quare tantisper dum certius aliquid afferatur, institutum ad Hugonis Capetti regnum referendum arbitrabor: qui cum remoto herede legitimo regnum occupasset, proceres aliquot novo aliquo honore ac beneficio sibi devincidos putauit. nam eiusmodi aliquid ab illo factum omnes consentiunt. Eius autem instituti exemplum facilè intelligitur ex Feudali iure sumptum fuisse: quo iure Vassalli qui ab eodem Seniore ac patrono feudum receperunt, Pares inter se, hoc est, quasi quoniamque, appellantur. quorum triplex haec potestas est: primùm, ut qui in vassalorum ordinem cooptantur, pro eorum collegio cooptentur: lib. Feud. 2. titul. 2. tum ut rogati testimonium de inuestitura dicant: libro secundo, tit. 19. postremo, ut si qua vel inter ipsos, vel inter Seniorem & ipsos controversia exoriantur, ipsis iudicium & civile & criminale exerceant, libro secundo titul. 46. & titul. 52. & tit. 55. Et profectò ita est, ut Pares Franciæ

Franciæ hoc iure sint: primum ut neque inauguari, nisi pro collegio, neque abdicari, nisi caussa in consilio cognita, neque ad aliud ullum, nisi ad collegarum iudicium, vocari possint. quanquam Parisiensis Senatus hanc sibi auctoritatem asciuit, ut Pares caussam apud se dicere iubeat. Ac Budæus quidem vir longè doctissimus, Pares illos Patritiorum nomine appellat: scribitque videri sibi ab uno aliquo Rege institutos, ex eorum numero, qui Germanicum Imperium obtinuerunt: propterea quod Iustinianus Patres eos ab Imperatore delectos esse ait: quasi Reip. patronos, tutoresque. Ego verò doctissimi viri sententiam non aspernor: præsertim à Parium dignitate nō alienam. Fuit enim Romanorum Impp. posteriorum ætate Patritiatus, dignitas ab illa Parium non admodum dissimilis: partim quod Reipublicæ quodammodo patres erant, ut Suidas testatur: & de summis quibusque rebus ab Imperatore consulebantur: insignibusque iisdem, quibus Consules, vtebantur: ac maiorem quidem Præfecto Prætorio, minorē autem Consule, honorem atque

auctoritatem habebant. Quod ex Iustini-
niani Nouellis, & Sidonio Apollinari,
& Claudiano, & Cassiodoro præsertim
cognosci potest. Sed translato in Germa-
nos Imperij nomine usurpatum hunc ho-
norem non arbitror. neque verisimile
est, ullos eiusmodi Patritios ab aliquo
Germanico Imperatore, qui idem Fran-
cogalliaæ Rex esset, institutos fuisse, vt
non aliquis ex Germanis historicis eius
mentionem fecisset. Denique idem Bu-
dæus, eodem loco hæsitans, commemo-
rat eiusmodi Parium dignitatem apud
ceteras quoque vicinas gentes fuisse: at-
que in Regiis Cōmentariis scriptum es-
se, anno M C C X X I I I I. Ioannem quen-
dam Nigellanum Flandrum, cui contro-
uersia in Flandria illata esset, à Comitissa
Flandriæ, Pares Franciæ appellasse:
quod se æquo iudicio apud Pares Flan-
driæ certare se non posse iurasset. cūm-
que à Comitissa ad Parium Flandriæ iu-
dicium reuocaretur, tandem certis de
cauſis decretum, vt ea controuersia ad
Pares Franciæ introduceretur. Caufa au-
tem translati iudicij cuiusmodi fuerit,
neque Budæus exponit: & qui in iure feu-
dali

dali versatus esset, nunquā prætermisisset.
Verūm vt iam huius magistratus institutū paulo planius ac certius exponamus: *veritatem*
primum omnium, vt iam antè dixi, constare inter omnes arbitror, nullā Parium
nominis, neque apud Germanos, neque apud Gallos historicos ante Capevingiorum regum mentionē inueniti. Sed quoniam eruta quedam nuper vetustatis monimenta video, atque in lucem edita, in quibus illorum Parium iura non minima ex parte designantur, operæ pretium esse arbitror quæ ex illis commentariis obseruauimus, breuiter exponere: idque eo Iubentius, quod ab eo ipso, à quo illi commentarij nuper euulgati sunt, in aliam partem ac veritas & ratio postulat, contorquentur. Ergo eorum quidem instituendorum caussam duplicem video fuisse: primum, vt regis inaugurationi atque (vt tū loquebantur) inuestituræ præcessent. hoc est, vt regem imperij sui insignibus, atque infulis, solenniter in Principum atque Optimatum conuentu exornarent. deinde vt si quis è Potentium & Principum Franciæ numero fraudis capitalis reus fieret, iudicium illud exerce-

rent. nam cùm antiquitus ea iudicia in publico Gentis Concilio exercearentur (vt superius copiosè demonstratum est) atque is mos Maiorum paulatim Capetingiorum instituto ad iuridiciale parliamentum (de quo posterius dicemus) traduci coepisset: neque Principes regni facile illi parlamento suas fortunas committendas putarent. Regibus illis ad suas rationes commodissimum fore visum est, præter illius parlamenti curiam, suum hunc Parium confessum instituere, quæ Parium curia vocitata est: quorum tamē ordo ac numerus aliquandiu varius fuit. neque enim Duodecim viri sémper fuerūt, vt eos ipsos à quibus hæc monimenta prolata sunt, ariolari video: sed interdum plures, interdum pauciores erant: prout Regi, à quo in summi honoris ac beneficij loco magistratus ille deferebatur, commodum videbatur. Id quod ex infrascriptis monimentis cognoscere licet: quorum antiquissimum est sub anno MCCCXVI. hoc est sub Rege Ludouico Crasso: Iudicatum est à Paribus Regni nostri, videlicet à Rhemensi Archiepiscopo, VVilel. Lingonen. Guillelmo Catha-

Cathalaunensi, Ph. Beluacensi, Stephano Nouiomensi episcopis, & Odone Duce Burgundiæ, & à multis aliis Episcopis & Baronibus nostris, videlicet Altisiod. R. Carnot. G. Siluanect. & I. Lexoviensi Episcopis, & Comite Pontiui, R. Comite Drocarum, B. Comite Britanniæ, C. Comite S. Pauli, VVil. de rupibus. Senec. Andeg. VVil. Comite Iuvingiaci, I. Comite Bellimōtis, & R. Comite Alēcon. nobis audiētibus, & iudiciū ad probātibus, &c. Quibus ex verbis cognosci potest, nō eosdē fuisse per id tēpus. Pares Franciæ, qui posteriorib. temporibus fuerunt: magnāmque illorum partem, pro illorum temporum superstitione, Archiepiscopos & Episcopos fuisse. Nam cum Episcopales sedes iis in locis constituerentur, quibus optima & fructuosa prædia & tanquam satrapiae attributæ Regum liberalitate fuerant, facile cum iis opibus superbia Sacerdotum creuit: ac tum præsertim cum sacerdotia & Episcopatus non propter munera Ecclesiastici functionem, sed propter opum & potentiaē magnitudinem ad homines illustri familia natos deferri cœpti

funt. Hinc illud Sigeberti sub anno D^a
Collatis à Clodoueo rege multis prædiis
Ecclesiæ Rhemensi, Remigius multa eō
rum parte data Ecclesiæ Laudunensi se-
dem Episcopatus ibi esse constituit. Sed
ad Parium institutum redeamus. nam ex
aliis commentariis aliud Parium iudi-
cium aduersus Petru Mauclerum, id est,
maledictum Armoricæ Britanniæ prin-
cipem, his profertur verbis: Ex anno
M C C X X X. Galterus Dei gratia Seno-
nensis Archiepiscopus, Galterus eadem
gratia Carnotensis & Guillelmus Pari-
ensis Episcopi, Comes Flandriæ, T H.
Comes Campaniæ, Comes Niuernen-
sis, Comes Blesensis, Comes Carnoten-
sis, Comes Montisfortis, Comes Vindo-
cinensis, Comes Rociacæ, Matthæus de
Montmorencio Franciæ Cöstabularius,
Iohannes Suessionensis, Stephanus de
Sacrocaſare, Vicecomes Bellimontis,
&c. notum facimus, quod nos cotā cha-
rissimo domino nostro Ludouico Rege
Franciæ iudicauimus vnanimiter, quod
Petrus quondam Britanniæ Comes, pro-
pter ea quæ eidem domino Regi forſfe-
cerat, Baillium Britanniæ per iustitiam
amisit,

amisit, & quod Barones Britanniæ & alij qui ei fecerunt fidelitatem vel homagium ratione illius Baillij sunt penitus absoluti, & quieti ab illa fidelitate & homagio, &c. Sed aliud insignius profertur, ex anno M C C C X V. sub Rege Ludouico Hutino, ex quo intelligitur, primùm quām sēpē Patium dignitas variis Principibus attributa sit: deinde ad illorum iudicia nonnullos insuper alios è Franciæ proceribus & satrapis Episcopis adhiberi solitos: postremò in illorum numero interdum etiam Reges ac principes exterorū fuisse, siquidem satrapiam aliquam ex iis, quibus Patriatus dignitas attributa fuerat, possidebant. Verba autem illius Commentarij hæc sunt: Nos Pares supradicti ad requestam & mandatum Regis venimus in suam curiam Parisiis, & fecimus & tenuimus curiam cum duodecim aliis personis, prælatis, & aliis altis hominibus, Archièpiscopo Rothomagi, Episcopis Briocensi & Maclouensi, Philippo filio Regis Franciæ, Comite Picauieri si, Ludouico Ebroicarum Comite, Carolo Comite Marchiæ, Guydone Comite

M.j.

S.Pauli, Gaucherio dom. Castellionis, & Portiani, Comestabili Fraciæ primogeniti Comitis Clatomotis, Ioh. dom. Clarmotis & Carolesij, dom. de Marcueil, & Milone dom. de Noyers, à nobis electis ad iudicandū nobiscū, tanquā curia Pari bus munita regis auctoritate: qui dixit se non posse plures Pares habere: quia Dux Aquitaniæ, népe rex Angliæ, qui vocatus fuerat, se excusauit ob bellum Scotorum: Dux Burg. quoq; excusauit se propter certā exoniā: Episc. Nouioduni mortuus erat: & Cathalaunen. Episc. pro certis causis in carceribus detinebatur, &c. His insignibus vetustatis testimoniis accedat etiā illud quod ex cōmētariis ann. MCCCLX. prolatū est: vnde intelligi potest, primū quod iā aliquoties diximus, certū quidē ac definitū Pariū numerū fuisse, sed eius arbitriū summū penes regiā potestatem fuisse: deinde honorē illū nō *Patriciatus*, vt Budæus & Budæū secuti crediderūt: sed *Patriciatus* nomine appellatū fuisse: quāquā posterioribus seculis Paritatis quoq; & ex Gallicæ linguae cōsuetudine *Perrie* nomē illi tributū est. Verba autē illius cōmentarij hæc sunt: Et cū huiusmodi Ducatus digni-

dignitatis nomine, honorē superaddētes
honori, parē Frāciæ ipsum fecimus, sta-
tuētes auctoritate prædicta vt ipse, quam-
diu vixerit in humanis, & dicti eius herē-
des masculi de matrimonio legitimo p-
creati, post eius obitū Duces Bituricēles
& Aruerniæ ac Pares Frāciæ nominētur,
omniq; Ducatus & Pariatus honore cum
nomine, iure, & quacūq; alia prærogati-
ua lātētur, &c. Eiusdēmodi ferē illud di-
ploma est regis Ioh. sub ann. 1363. vbi ho-
nos ille nō *Patriciatu*s sed *Pariatu*s appella-
tur: Ducatū Burg. in Pariatu, & quicquid
iuris & proprietatis habemus in codē, nec
nō in Comitatu Burg. ex successione Phi-
lippi vltimi, ducis cōsanguinei nostri, cha-
rissimo Philip. filio nostro cōcessimus te-
nēda & possidēda per cū, & heredes suos
in legitimo matrimonio, ex proprio cor-
pore procreandos, perpetuò, hereditariè
pacifice & quiete. Sed posterioribus tem-
poribus *Paritatis* & *Perie* verbū (vi superius
diximus) ex popularis linguae consuetudi-
ne usurpari cœpit: vt ex cōmentariis anni
MCCCCXIII. cognosci potest, in quibus
ita scriptum est: Eundem Iohānem con-
sanguineū nostrū ampliori volentes ful-

M.ij.

gere dignitate , & Comitis titulū supradictum in maiorem excelsiorēmque mutantēs, dictum Iohannē consanguineum nostrum, in Ducem tenore præsentium sublimamus : dictūque Comitatum Allenconij erigimus in Ducatum, volentes ut prædictus Ducatus in Perria seu Paritate nobis teneatur : sub forma tamen & modis quibus antea idē Iohānes s̄epedi-ctū tenebat Comitatū. Atque hæc quidē ex Cōmentariis Gallicis, ut dixi, prolata sunt: in quibus illud quoq; notatione dignū est, quod dici & cōmemorari video: sed tamen sine teste: cùm Dux Armori-
cus læsæ maiestatis reus factus esset, magno pere quæsitum, à quibus iudiciū illud exerceretur: ac tandem cùm Philippus Audax Burgundus idem ex Rege quæsisset, Regē de consilij sententia pronunciaisse, Parē nonnisi in Pariū iudiciū adduci posse. vi. Non. Mart. ann. MCCCXXXVI. ac rursus Regi Carolo Septimo quærenti à Senatu Parisiensi, apud quos Pares rei capitalis rei fieri possent, idem responsum XII. Kal. Maij, ann. MCCCCLVIII. quod (ut superius dictum est) iuri feuda-li consentaneum est. Sed iam tempus est ad

ad institutum nostrum redire.

*De continuata Sacrosancti Concilii auctoritate
sub Carlongingiorum Regno.*

CAP. XV.

Viuismodi regnantibus Merouingiis Reip. nostræ forma fuerit, quantaque Concilij publici auctoritas, satis iam explicatum arbitramur. nunc consequens est, ut qualis sub Carlongingiis fuerit, exponamus. Quantum enim ex omnibus & nostris, & Germanicis historiis existimare licet, eadem profus Ordinum, siue Statuum auctoritas conseruata est: ut no penes Pipinum aut Carolum, aut Ludouicum, sed penes regiam maiestatem summum rerum omniū iudicium arbitriūmque esset: cuius Maiestatis veram propriamque sedem in solenni Concilio fuisse, superius demonstrauimus. Huius autē rei documento est, primū Regino lib. Chron. 2. sub anno DCCCVI. vbi de Carolo Magno loquēs: Imperator, inquit, cum primoribus & optimatibus Francorum, de pace constituta & conseruanda inter filios suos & de partitione regni placitum habuit.

M.ij.

Et mox: De hac divisione testamentū interpositū fecit, quod per sacramētū à Frācis confirmatū est. Eiusdēmodi est Eginiarthis testimonium, in eo quē aliquoties iam laudauimus libello: vbi cùm ea quæ post Pipini mortē acciderunt exponit, ita loquitur: Franci siquidē factō solenniter generali conuentu ambos sibi reges constituunt: ea cōditione præmissa, vt totum regni corpus ex æquo partirentur: & Carolus eam partem quā pater eorum Pipinus tenuerat, Carolomannus verò eā cui patruus eorum Carolomannus præterat, regendi gratia susciperet, &c. Quibus ex verbis facile intellectu est, quam potestatē antea trecentis paulò minus annis sub Merouingiis regni ordines habuerant, eandē post illius interitū sibi retinuisse: vt quāuis defuncti regis filij extarent, tamē non tā hereditario iure, quām ordinum iudicio & voluntate ad regnū pervenirēt. Itaque si regis filius impubes relictus erat, Tutor ei in populi comitiis creabatur. Aimoinus lib. 5. c. 42. Ludouico, inquit, diem suum obeunte, Carolus filius eius, qui Simplex postea dictus est, in cunis æuum agens patre orbatus remansit.

mansit. Cuius ætatē Franciæ primores in congruam (vt erat) exercendæ dominationi arbitrati, consiliū de summis ineūt. rebus. Ibi Odonē Franci, Burgundi Aquitaniensēsque proceres cōgregati in vnū, tutorē Caroli pueri, regnique elegere gubernatorē. Iā verò cetera quoque maiora regni negotia ad illud idē Cōciliū referri solita, testimonio est Regino lib. Chr. 2. Anno, inquit, DCCLXIII. Rex Pipinus habuit placitū suū in Niuernis. Et mox: Anno 864. rex Pipinus habuit placitū suū in Vvormacia. Itē anno 866. Rex Pipinus habuit placitum suū apud Attiniacū. Et mox: Habuit placitū suū in Aurelianis ciuitate. Sed & Aimoinus lib. 4.c. 71. vbi de Saxonum bello loquitur: Rex, inquit, prima veris aspirāte temperie, Nouiomagū profectus est, & ad locū, qui Padabruno vocatur, generalem populi sui conuentum habiturus cum ingenti exercitu in Saxoniam profectus est. Et rursus cap. 77. Transacta tandem hyeme, publicum populi sui conuentum in loco qui Padabruno vocatur, more solenni habuit. Item, cap. 79. Et cùm vxorem suam Vvormaciæ inuenisset, generalem populi sui con-

M.iiij.

uentum ibi habere statuit. Quo loco & aliis superioribus perpetuò de Carolo rege loquitur: qui cùm Europæ ferè totius regnum magnis suis rebus gestis adeptus esset, Magnique cognomētum gentium omnium consensu cōsecutus, Francis tamen pristinum illud suum ius ac libertatem eripere nō potuit: ac ne conatus quidem vñquam est, maiorem ullam rem sine populi iudicio & Optimatum auctoritate suscipere. Iam yetò post Caroli Magni è vita excessum, non dubium est, quin Ludouicus eius filius eadē conditione regnum administrarit. Nā Appendix Aimoini lib. 5. c. 10. Mortuo, inquit, Carolo Ludouicū Imperator concilium populi generale, quasi quodam indixerat præfigio, in loco Theotuadi. Rursus c. 38. vbi pactionem pacis commemorat factæ inter Ludouicum regem, & Ludouicum ipsius confobrinum: Condixerūt, inquit, placitum, & in ipso placito hæc quæ sequuntur inter eos consensu fidelium suorum seruanda conuenerunt: in quo placito communi consensu inuentum est, vt ipsi reges redirent cum scara, &c. Item c. 41. vbi de Carolomanno Ludouici

douici Balbi filio loquitur: Et sic, inquit, reuersus Vvormaciam placitum suum Kal. Nouemb. habiturus à Nortmannis recessit. Item auctor Annaliū Rhemensium, sub ann. DCCCCXXXV. Hoc Rege Rudolpho Laudani degente tumultus ipso die sancti Paschæ inter Regios & Episcopi milites exoritur: vbi nonnulli nō modò laici, verùm etiam clericī vulnerati, vel interempti. Vnde Rex placitum Suessionis cum Regni primatibus habuit. Sed multo planius sub anno DCCCCXLVI. cū de Rege in Regnū restituendo ageretur: Edmundus (inquit) Anglorū Rex legatos ad Hugonem principem pro restitutione Ludouici Regis dirigit: & idem princeps proinde cōuentus publicos cum nepotib. suis aliisque regni primatibus agit. Et paulò post: Hugo Dux Frācorum ascito secum Hugone filio Richardi, ceterisque regni primatibus, Ludouicum Regem, qui ferè per annum sub custodia detinebatur, in regnum restituit. Quin ne illud quidem prætermittendū est, quod eorumdem Annalium auctor PLACITVM REGALE hoc publicum Gētis Concilium

appellat: veluti sub anno 961: Otto filius
Hugonis quondam Principis ad Regem
Lotharium in ipsis festi paschalis dieb.
Laudunum venit. sed & à nonnullis tam
Franciæ quam Burgundiæ PLACITVM
REGALE, diuersorumque conuentus
principum Sueßionis habetur. ad quod
impediendū (si fieri potest) Richardus fi-
lius Vvilhelmi Nortmanni accedens, à
fidelibus Regis quibusdam peruersus, &
interemptis suorum nōnullis in fugam
conuersus est. Sed singula testimonia
persequi laboris esset infiniti, &, vt op-
nor, superua canei. Nam ex iis quæ us-
que adhuc protulimus patere cuius ar-
bitramur, iudicium arbitriūmq; summæ
Reipub. usque ad Carolum Simplicem,
hoc est, per annos amplius quingentos
& quinquaginta penes populi comitia,
& (vt nunc loquimur) Ordinum con-
uentum fuisse: idque Maiorum nostro-
rum institutum pro sacrosancto habi-
tum tot seculis fuisse: vt iam Scripto-
rum quorundam recentium satis admirari
iudicium non possim, quos non
est pudicum, suis in libellis tradere,
Cōcilij publici institutū Pipino Regi ac-
cepto

cepto ferendum esse : cùm Eguinartus Caroli Magni Cancellarius ita dilucidè testetur, Merouingiorum omniū institutum fuisse , vt quotannis Kalend. Maij publicum populi sui conuentum agerent, ad eūmque cōuentum carpento bobus tracto veherentur. Sed vt maiore in argumento operam ponamus, atque in illo instituto Maiorum nostrorum sapientiam, tāquam in speculo contemplemur, an nō perspicuum est, quantam illi inter Regem & Regnum differentiam ostenderint ? Etenim sic se res habet. Rex , princeps est vnicus ac singularis, ac tanquā caput Reip. Regnum verò ipsa Ciuium ac subiectorum vniuersitas, & quasi corpus Reipublicæ. quā distinctionem Iurisconsulti quoque obseruant. Nam Perduellem Vlpianus definit, qui hostili animo aduersus Rempublicam vel Principem animatus est. Paulus lib. Sent. V: Qui de salute Principis, vel de summa Reipub. vaticinatores consulit, cum eo qui responderit, capite punitur . Sic in legibus Saxon. tit. 3. Qui in Regnum , vel in Regem Francorum cōsiliatus fuerit, capite punitur.

Rursus Rex eandem cum Regno rationem habet, quam Pater cum familia: Tutor, cum pupillo: Curator, cum adolescente: Gubernator, cum navigante naue: Imperator, cum exercitu. Ut igitur non pupillus tutoris, non nauis gubernatoris, non exercitus imperatoris: sed contrà hi caussa illorū instituti sunt: ita non populus Regis, sed Rex populi caussa, quæsitus ac repertus est. Potest enim populus sine Rege esse, veluti qui optimatum aut suo ipsius consilio paret, itēmque in interregno. At sine populo ne fingi quidem cogitando Rex potest. Agè, ceteras differentias videamus. Rex & què vt quiuis priuatus, mortalis est: Regnum perpetuum, & certè (vel ominis caussa) immortale, vt Isocrates in Orat. de pace, de Ciuitatibus: Iuris consulti autem de collegiis & vniversitatibus loquuntur. Rex mentis errore, insaniaque affici potest, vt noster Carolus vi, qui Regnum suum Anglis donauit: neque ulli sunt homines, qui facilius voluptatum blanditiis de statu mentis deturbentur. At regnum suam habet in suis Senioribus & Optimatibus, & vsu rerum

rerum peritis propriam certamque, tanquam in capite ciuitatis, sapientiam. Rex vno prælio, vno in quam die, vinci, capi etiam, atque in hostium fines abduci potest: quod in Ludouico Sancto, & Iohanne, & Francisco primo, vsuuenisse nemo ignorat. Regnum amissio Rege incolumem tamen manet: continuoque tanto accepto incommodo Concilium indicitur: primores conueriunt, & communis consilio præsentibus incommodis remedium querunt: quod etiam illis casibus factum constat. Rex vel ob ætatis infirmitatem, vel ob ingenij leuitatem, non modò ab uno & altero consiliario auaro, rapaci, libidinoso: non modò à lasciuis aliquot adolescentibus æquibus induci ac depravari potest: verum etiam à muliercula infatuari, sic ut omnem prope administrandi regni potestatem ei committat. cuius mali exempla quam sèpè acciderint, pauci, ut opinor, ignorant. At regnum Seniorum suorum consilio & sapientia perpetuo fretum est. Salomon sapiètissimus, tamen à mulierculis, etiam in summa senectute corruptus est. Roboamus ab adolescentibus

bus: Ninus à matre Semiramide: Prolo-
mæus, Auletes cognomento dictus, à ti-
bicinibus & citharœdis. Maiores nostri
Regibus suis priuatos suos consiliarios,
qui priuata ipsorum negotia curarent,
reliquerunt. Seniores, qui Rempubl. ad-
ministrarent, & in commune consulere-
rent, Regique administrandi Regni ra-
tionem ostenderent, ad conuentum pu-
blicum referuarunt. Anno MCCCLVI.
cùm Rege Iohanne capto ab Anglis, &
in Angliam abducto, publicum Regni
Concilium Lutetiae haberetur: eoque
nonnulli ex Regis consiliariis conueni-
sent: iussi sunt è conuentu exire: denun-
tiatiūmque illis fuit, publici Cōciliij dele-
ctos nō amplius cōuentutos, nisi ad illud
Regni sacrariū adire desinerent. cuius rei
testimoniū extat in Magno Chtron. Gal-
licè scripto volu. 2 sub rege Iohanne, fol.
169. Neque verò vlla vñquam ætas fuit,
qua non perspicuā illam inter R̄gem &
Regnū differentiā notaret. Rex Lacedæ-
moniorum (vt Xenophon testatur) & E-
phori singulis mensibus iureiurando fi-
dē inter se dabāt. Rex se ex legū præscri-
pto regnaturū: Ephori, se Regiū domina-
tum

tum cōseruaturos, si ipse iusurandū ser-
uasset. Cicero in Epist. ad Brutū, Scis mi-
hi semper placuisse, non Rege solum, sed
Regno liberari Remp. Idē lib. de legib. 3.
Sed quoniā Regale Ciuitatis genus pro-
batum quondam, postea nō tam Regni,
quam Regis vitiis repudiatū est, nomen
videbitur tantum Regis repudiatū, &c.
Idem Philipp. 11. Si enim affuissem, non
solum Regem, sed etiā regnum de Reip.
sustulisset, Sed eius differentiæ nullum
nobis planius Maiores nostri documen-
tum reliquerūt, quām in Magistratum
iure & appellatione. nam qui à Rege di-
gnitatē aliquā in Regia obtinēt & Regis
ministri appellātur, & eo vel mortuo vel
abdicato, dignitatē amittunt, Regis de-
niq; arbitrio sua illis dignitas, quali preca-
tio tantum concessa, adimitur. Eiusmo-
di sunt qui vulgò Magistri Hospitij R E-
G I S appellantur, & Camerarij REGIS
& alij aulæ regiæ officiales. At qui regni
& Reip. vniuersitè magistratus erant, eos
Maiores nostri amplissimo FRANCIAE
nomine designarūt: quē morē etiā nunc
retinemus; vt cùm dicimus Comes tabu-
lū FRANCIAE: Amiralium FRANCIAE:

Cacellarium FRANCIÆ. & cum antiquis non à Rege, sed à populo eas dignitates acciperent, neque ipsius morte aut mutatione desinebant: neque ipsius arbitrio abdicabantur. itaque ne nunc quidem iij quos vulgus CORONAE OFFICIALES appellat, Rege mortuo magistratus esse desinunt: neq; ijs adimi dignitas, nisi cum vita, hoc est, nisi rei capitalis dānatís potest. quin ne illud quidem summæ populi potestatis argumētum prætermittendum est, quod quibus tribus in rebus Reip. summa consistit, re militari, iurisdictione, & ærario, iis rebus qui cum summo imperio præfeci sunt, non à rege, sed à Regno & Frācia denominantur. nam is ad quem rei militaris summa pertinet, Comes stabulus, aut Matescallus, aut (vt Sigebertus testatur) Seneschallus FRANCIAE dicitur: qui verò clasti & maritimis copiis præfet, Amitalius FRANCIAE: qui iurisdictioni, Cancellarius FRANCIAE: qui tributis & ærario, Quæstor generalis FRANCIAE.

De Capensis

De Capeningiorum familia, & Regno Francogalliae in illam translatō.

CAP. XVI.

Demonstratum est superius,
Regnum Francogalliae his
mille ducentis annis in tri-
bus tantum familiarum no-
minibus versatum esse: qua-
rum prima Merouingia, altera Caro-
louingia, ex auctorum & capitum nomi-
nibus appellata est. Nam et si non here-
ditate (ut iam saepè docuimus) sed Con-
ciliij iudicio Regni successio deferretur,
libenter tamen Franci Germanorum
suorum institutum retinebant, ut Reges
ex nobilitate, (quemadmodum Tac-
itus loquitur) Duces ex virtute sume-
rent: ac plerique Reges eos sibi delige-
rent, qui Regali sanguine pregnati, re-
galiter instituti, educatique fuerant: si-
ue illi ex liberorum, siue ex propinquorū
rum numero & gradu essent. At anno
987. mortuo Ludouico v. Rege Francogalliae xxxi, & ex Carlouingiorum stirpe, xii, migratio sceptri, regnique mu-
tatio contigit. Nam cum ex illa fami-
lia Carolus Lotharingia Dux superesset,

N.j.

regis demortui patruus, ad quem instituto Gentis regni successio deferenda videbatur: exortus est Hugo Capetus, Imper. Ottonis I. sororis Hauuidis nepos, Hugo-
nis Comitis Parisiensis filius: vir militari laude insignis, quise praesentem, absenti:
bene de regno meritum, alieno, ut ipse loquebatur, praefetti voluit. nam cum
inter Germaniae imperium & regnum Galliae controversiae aliquot extitissent,
Carolus partium se imperij studiosum,
& à Galliae regno alieniore ostenderat.
Qua de caussa Gallorum complurium
animos ac voluntates ab se abalienau-
erat. Itaque Carolus cōparato exercitu,
in Galliam irrupit, ciuitatēsque aliquot
deditione accepit. Capetus Francorum
Principū fauore atque amicitia fretus,
ad Laudunū oppidum, quod est in Cam-
paniae finibus, coactis quibus potuit co-
piis progressus est. neque ita multò post
prælium atrox commititur: quo Cape-
tus superatus, in interiorē Galliā pro-
fugit, bellumq; nouis coactis copiis re-
dintegrande instituit. Carolus interea in
oppido Lauduno cū uxore, dimisso ex-
ercitu, quiescebat. Anno in sequenti cir-
cumuen-

cumuentatus à Capeto, magnisque copiis
ibidem circuncessus est. Erat in oppido
Anselmus quidam, eius civitatis Episco-
pus. Huc Capetus præmis & pollicatio-
nibus ad regis & oppidi prædicionem in-
duxerunt. Ita oppido & victoria potitus, Ca-
rolum cum uxore comprehensum Aure-
liam mittit: custodesque utriq; attribuit.
Cùm biennium in custodia rex fuit, duo
ei filij, Ludouicus, & Carolus, nati sunt,
neque longo interiesto tempore omnes
interierunt. Ita Capetus liberè ac sine con-
trouersia totius Galliæ regno potitus, Ro-
bertum filium regni confortem asciuit:
cùmque sibi successorem designandum
curauit. Atq; hoc facto Carlungiorum
familia dignitas memoriâque interiit:
anno ab ipsorum regni primordio duce-
tesimo trigesimo septimo. quam histo-
riâ Sigebertus in Chron. ann. 987. comem-
morat. Itemq; appendix Aiméni lib. 5.
c. 42. & c. 45. ex quibus cognosci potest
Hugonē Capetum, Hugonis magni Frâ-
corū Ducis filium, fuisse ex Roberto na-
tū, Odonis illius filio, cui superius dixi-
mus Francos Carolo Crasso mortuo, re-
gnum extra ordinem detulisse, prone-
-
N.ij.

potem Roberti Andium Ducis fuisse,
clati & magni principis. Ex quibus etiā
& ex Vitichindo Saxone cognosci po-
test, Hugonem Capetum nō sordida &
obscura (vt Italici quidā scriptores tra-
dunt) sed illustrissima familia natū fu-
sse. nam Roberti Andegauorum comitis
ab nepos fuit, quem Aimoinus Saxonici
generis fuisse scribit. Ex eo natus Odo,
sive Otto, tātē virtutis fuit, vt cū à Rege
Carolo Crasso Dux Francorū exercitus
aduersus Danos creatus, hostiū centum
millia vno prælio deleuisset, Franci ei,
repudiato Crassi filio, Carolo Simplice
puero, regnum detulerint: quem admodum
suo loco superiū dictum est. Hu-
ius ordinis filius fuit Robertus: ex quo
Hugo magnus Dux quoque Francorum
natus est: cuius filius Hugo Capetus di-
ctus, regnum eo quem superiū diximus
modo adeptus est. Memorabile est au-
tem quod idē Vitichindus scribit, cūm
Odo Carolo Simplici regnum restituif-
set, Arnulphum Imperatorem armis
Galliarū regnum occupasse: eique Odo-
ni (sic legendū, non ODA) diadema &
sceptrum & cetera regalia ornamenta
obculis-

obtulisse, & Odonem imperium domini sui, gratia Arnulphi Imperatoris obtinuisse. Vnde (inquit Vitichin.) usque hodie certamen est de Regno Carolorum stirpi & posteris Odonis. Nam Hugo cuius pater Robertus filius Odonis ab exercitu Caroli occisus est, dolo eum cepit, posuitque in custodia publica, donec vitam finiret. Neque vero silentio prætereundū videtur astutum Capeti in novo regno constabiliō cōsilium. Nam cū Magistratus & dignitates regni, quos Ducatus & comitatus appellāt, ita mandari antiquitus in populi comitiis, certis ac delectis viris soleret, ut in beneficij tantum loco, & (ut Iuris-consulti loquuntur) precariō teneretur: quemadmodum in exponenda concilijs publici auctoritate demonstratum est: pri-
mus Hugo Capetus ad cōciliandos reti-
nendosque sibi Procerū animos, has, quæ
temporariæ erant, dignitates, fecit perpe-
tuas: constituitque ut qui eas obtinebāt,
patrimonii iure retinerent: atque ad
suos liberos posterōsq;, cum reliqua he-
reditate, transferrent, teste Frācisco Cō-
nano Iuriscons. Com. 2. c. 9. quo facino-

N. iiij.

re non minimā publici cōciliij auctorita.
tē ab ipso imminutā cōstat: quā tamē im-
minui ab ipso, sine cōciliij ipsius cōfensu
potuisse, tēporum illorū rationem con-
sideranti consentaneum non videtur.

*De continuata Conciliij publici auctoritate
in Capetingiorum familia.*

CAP. XVII.

Am quicnādmodū ex Fros-
sardō, Monstrelotto, Gu-
guino, Cominio, Gillio, &
aliis historicis omnibus co-
gnosci sicut, nihil propè
missor in Capetingiorū familia; quām
in superioribz dulbus, publici cōciliij au-
ctoritas fuit: valuitq; apud illos præceptū
illud, rā sepe & tam valde, nunquā tamē
satis commemoratum: SALVS POPVLI
SVPREMA LEX ESTO: neq; vllum tam
tyrannicū dominatum vñquam post ho-
mines natos fuisse arbitror, præter vnum
Turcicum, in quo ciues pro pecudibz,
non pro hominibz haberentur. Neque
satis eorum hominum imperitiā admi-
rari possit, qui cū primoribus la-
bitis ius ciuile degustassent, & in libris
nostris legissene, lata lege Regia popu-
lum

lum Imperatori omne suum imperium & potestatem concessisse: continuò liberam quandam & infinitam Regum potestatem commenti sunt, quam Absolutam barbaro & inepio nomine appellant. quasi verò non etiam Romani Reges Reipublicæ curam (ut Pomponius Iuris c. loquitur) per Curiata comitia expedirent: aut, si liberam Imperatores Romani potestatē habuerunt, continuò verum sit, Regibus omnibus eandē à populo potestatē tributam esse. neque enim ex uno particulari recte de universis concluditur: & hac ætate longè dissimillimam esse regum Poloniæ, Danicæ, Sueciæ, Hispaniæ rationem, nemo nisi rerum omnium imperitus ignorat. Regibus Germanorum (inquit Tacitus) non est infinita, aut libera potestas. Rex Angliæ (inquit libro quarto Cominæus) tributa exigendi nullam habet sine Ordinum & Statuum consensu potestatem. quod idem de ceteris omnibus affirmat libro quinto capite decimo octavo. Sed quoniam persequi testimonia singula nimis laboriosum, ac planè infinitum esset,

N.iiij.

pauca quædam illustriora è magno numero quasi exempli loco subscribemus. Primum exemplum sumi licet ex anno MCCCXXVIII. quo tempore, mortuo (ut superius diximus) Rege Carolo Pulchro, qui sine liberis virilis sexus, atq; postuma filia relicta decesserat, Eduardus Angliae Rex, natus ex Isabella Caroli sorore, Galliæ Regnū ad se hereditate redisse cōtentebat. Qua controvērsia nulla neq; maior, neq; illūstrior ad publicū Cōcilium deferri potuit. Quinetiā quod ad publicū Conciliū introducta est, perspicuo argumento esse potest, maiorem Concilij, quam Regis auctoritatē esse: cūm eius se iudicio atq; arbitrio ambo illi Reges subiecissent. quod nō modo historici nostri omnes testātur, verum etiā Polyd. Vergilius Engl. Histor. lib. 19. Quinetiā Claudius Seyssellus Massiliensis Archiepiscopus in libello quē Frāciæ Monarchiam inscripsit, affirmat utrunque Regem in eo Concilio præsentē affuisse. Cūm res in contentionē propè adducta esset, Optimatū cōsilio, populi atque ordinū cōmitia indicta sunt. De maioris partis sententia placuit, præfetti agnatū: prægnantisque

tisque reginæ custodiam Valesio attribui. Et, si filiam pareret, eidem Valesio regnum adiudicatum est. quā historiam Frossardus exposuit vol. i. cap. 22. Papo-nius Arest. lib. 4. cap. 1. artic. 2. Guagrinus in Philippo Valesio. sed copiosissimè om-nium Seyfcellus, in eo quem modo no-minaui libello. Alterum exemplum sup-peditat annus M C C C L V I. quo tem-pore rex Iohannes commisso cum An-glis prope Pictauium prælio captus, at-que in Angliam abductus fuit. Tanta ca-lamitate accepta, vñica in Concilij au-toritate spes erat reliqua. Itaque comi-tia continuò Lutetiam indicta sunt: & quanquam tres regis filij extarent, Caro-lus, Ludouicus, & Iohannes, quorum na-tu maximus iustam administrandi æta-tem haberet: tamen delecti alijs sunt, ex vno quoque ordine duodenii probati vi-ri, quibus regni procuratio mandata est: decretaque in Angliam legatio de pace cum Anglis reconcilianda. auctoribus Frossardo vol. i. c. 170. Iohanne Bucheto lib. 4. fol. 118. Nicol. Gillio in Chronicis regis Iohannis. Tertium suppeditat an-nus M C C C L XXV. cum Caroli v. co-

gnomēto Sapientis testamentum prolatum est: quo testamēto filiorum suorum tutorem instituerat Philippum Ducem Borbonium, vxoris suae fratrem: Regni autem procuratorem, Ludouicum Duce Andicūm, fratrem suum: tantiisper dum Carolus ipsius filius in suam tutelam veniret. Concilium enim Lutetiæ nihilo minus actum est, irritoque habito testamento, decretū est, ut regni administratio Ludovico pueri patruo committetur: ea lege, ut eam administrationem de certorum virorum in eo Concilio probatorum sententia gereret: pueri autem tutela & educatio Borbonio permittetur. simūlque lata regia lex est, ut qui regni heres annum ætatis xiiii. impletset, ei corona imponeretur, hominiaque & fidelitatum iuramenta præstarentur: auctore Fross. vol. 2. c. 60. Buchett. lib. 4. fol. 124. Chron. Brit. cap. Quartum suppeditat annus M C C C X C I I. cùm idem ille rex Carolus v. i. repento mentis errore affectus, primū Cenomanum, tum deinde Lutetiam delatus est: ibique Concilium habitum: Ordinūmque auctoritate decretum, ut Bituricæ & Burgundiæ Ducibus

Ducibus regni administratio deferretur: auctore Frossardo vol. 4. c. 44. Neque vero prætermittendum est, quod Paponius Areſt. lib. 5. tit. 10. artic. 4. nostra memoria in parlamento Parisiensi cōmemoratum testatur, cum rex Franciscus primus dominij sui partem alienare vellat, omnes eiusmodi alienationes à superioribus regibus factas eo solo nomine irritas fuissent, quod sine Cœcilij & (ut ipse loquitur) trium Statuum auctoritate factæ fuissent. Sextum exemplum exticit anno M C C C X X V I. cùm Philippus Dux Burgundia & Hanfrēdus Dux Clocestriæ captales inimicitiā magno Reip. detrimento perquandū exercuissent: tandemque inter eos conuenisset, ut controvēſis omnibus finem duello commisso impo- netent. Nam in ea contentione Concilium se interposuit: decreuitque vt arma uterque deponeret, deque suis controvēſis iure apud se potius, quam ferro disceptarent. quam historiam copiosè exponit Paradinus in Chronic. Burgund. libro tertio, anno M C C C X X V I. Septimum exemplum suppeditat annus M C C C L X V I I I . cùm dissidio inter regos

Ludouicum xi. & Carolum ipsius fratre exorto, Concilium publicū indictum est Turones, ad Kal. Decembr. quo in Concilio decretum est, ut rex fratris suo legitimæ (ut ita dicā) hoc est Apānagi nomine Ducatum aliquem permitteret: cuius annui fructus nō minoris essent, quā XII milliū libellarū: insuperque rex ē suo filio L X. libellarū millia quotannis ei adnumerāda curaret. quā historiam copiose auctor Chron. Brittan. Armor. commorat, lib. 4. fol. 200. Octauū exemplum editū est anno MCCCCLXXXIIII. cùm Ludouico xi. mortuo superstite Carolo filio annorum XIII. Cōciliū Turonib. habitum est, decretūmque ut pueri educatio Annæ sorori regis committeretur: Regni verò procuratio certis viris in eo Concilio probatis & delectis mandaretur: quamuis Ludouicus Dux Autelianus proximus agnatus eam postularet. Cuius rei testimonium extat in actis eius Concilij Lutetiæ impressis, & apud Philipp. Cominæum lib. 5. c. 18. itemque in Chro. Brittan. lib. 4. & apud Iohan. Bucchetum lib. 4. fol. 167. Neque fortasse ad extremū prætermittendum illud est, quod Guill.

Budæus

Budæus libr. de Aſſe. iii. & v. memoriarum prodidit, rei nummariæ ius, hoc est, potestatis nummorum vel augendæ vel minuendæ, semper penes populum Francorū fuisse. Quinetiā Carolus Molinæus diligētissimus monetaliū ratiociniorum investigator, in extremo Commentatio de contract. & uſur. testatur, se in Archiis parlamenti & monetaliū præfectorum, quamplurimas leges Frācicas reperiſſe, quibus sancitū erat, ne qua rei nummariæ mutatio sine populi consensu fieret: semp̄rque in eiusmodi mutationibus populi consensum (quippe, cuius maximè intererat) interuenisse: quemadmodum inter Iurisc. dici solet: Cuius quidque fieri interest, eius in eo negotio gerēdo necessaria est auctoritas. Item, Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.

De publici Concilii auctoritate in maximis religionis negotiis.

CAP. XVII.

HAECENUS demonstratum est, summam in grauissimis quibusque Reip. nostræ negotiis Concilij publici potestatem fuisse. Deinceps vi-

ceamus , ecqua eiusdem in Religionis
negotiorum auctoritas fuerit. Cuius rei do-
cumentum nobis praebent Annales no-
stri, sub anno M C C C . quo Bonifacius
octauus , Papa Romanus , missis ad re-
gem Philippum Pulchrum legatis, ei de-
nunciauit, se non modò spiritualem, (ver-
ba hæc Historici sunt omnia) verume-
tiā temporalem omnium regnorum
ac ditionū, quæ in orbe Christiano sunt,
dominum esse. pro eo iure postulare , ut
rex Philippus eum pro domino ac Princi-
pe summo agnosceret: eique suum re-
gnum acceptum ferret, ac fatetur se il-
lud ipsius beneficio & liberalitate obti-
nere. si id facere recuset , futurū, ut eum
hæreticum pronūciaret, & sacrī suis in-
terdiceret. Qua legatione audita, rex pu-
blicum Concilium Lutetiā indicit. in eo
Concilio Papales literæ recitātur, his ver-
bis: Bonifacius Episcopus, seruus seruorū
Dei Philippo Frācorū regi: Deū time, &
mādata eius obserua. Scire te volumus,
quod in spiritualibus, & temporalibus no-
bis subes: beneficiorum atque præbēda-
rum ad te collatio nulla spectat. & si ali-
quorum vacatiū custodiā habeas, vsum-
fructum

fructum earum successoribus reserues: & si quas contulisti, collationē haberi irritā decreuimus: & quatenus processerit, reuocamus. Aliud credentes, fatuos reputamus. Datum Laterani, 1111. Non. Decemb. pontificatus nostri anno vi. His literis recitatis, auditaque procerum sententia, ac deliberata re, primū decretum est, vt Epistola Papæ in area Palatij Parisiensis coram ipsius legatis & nuntiis cre maretur: tū vt legati mitellati, turpifica ti, sordidati, & à carnifice in illā areā luttulēto plaustro aduecti, plebis totius ludibrio & cōuiciis exponerētur: postremò vt regis nomine literæ ad Papā his verbis scriberētur: Philippus Dei gratia Francorum rex, Bonifacio se gerēti pro summo pontifice, salutē modicam, siue nullam, Sciat tua maxima F A T V I T A S, in temporalibus nos alicui non subesse. aliquarum Ecclesiarum & præbendarū vacantē collationē ad nos iure regio pertinere, & percipere: fructus earum cōtra omnes possessores vtiliter nos tueri: secus autem credentes fatuos reputamus, atque dementes. Cuius Historiæ testes sunt au tor Chronic. Brittan. Armoric. libro 4.

cap. 14. & Nicol. Gillius in Chron. Gallic. quibus adiungendus est pragmaticus Paponius in lib. Arrestorum 1. tit. 5. art. 27.

*De memorabili auctoritate Concilii in
Regem Ludouicum XI.*

CAP. XIX.

MAgna igitur ac planè sacro-sancta Concilij & Ordinum coaetorum vis & potestas ex superioribus testimoniosis apparuit. sed quoniam hoc in argumento & quasi campo versamur, non prætermittenda videtur eiusdem Concilij auctoritas, patrum nostrorum memoria interposita contra Regem Ludouicum xi. qui superiorum regum omnium versutissimus & callidissimus est habitus. Anno igitur M C C C L X. cùm ita regnum ab illo Ludouico gereretur, ut multis in rebus boni Principis & patriam amantis officium desideraretur, cœpta est Concilij auctoritas requiri, ut in eo Boni publici ratio haberetur. Et quoniam ei rex minimè sese subiecturus putabatur, Proceres regni, assiduis plebis querimoniosis & expostulationibus incitati, manus cogere, exercitusque comparare

parare instituerunt: ut Bonum publicum
procurare, & regi perditam Reip. admi-
nistrationem (verba sunt Philippi Co-
minij lib. i.ca.2.) vi demonstrare possent.
Instructi enim & parati cum exercitu es-
se volebant, ut si rex consulere Bono pu-
blico, & bonis consiliis parere detrecta-
ret, vi cogere inuitum possent. qua de
caussa bellum illud Bono publico suscep-
tum dicebatur, vulgoque Bellum boni
publici appellatum est. Procerum nomi-
na idem Cominius, Gillius, Lamarcius
hæc prodiderunt: Dux Borbonius, Dux
Biturigum regis frater, Comites Dunen-
sis, Niuernensis, Armeniacus, Albretius,
& is ad quæ summa impetij respiciebat,
Dux Carolensis. Quacunque autem iter fa-
ciebant, pronuntiari iubebant, se bellum il-
lad Bono publico instituere, tributorum
que & vectigalium immunitatem indi-
cebant (quæ omnia Gillij verba sunt libr.
4. fol. 152.) legatosque & literas Lutetiam
ad Parliamentum, Ecclesiasticos & Aca-
demias rectorem miserunt (verba hæc
ciusdem Gillij sunt fol. eodem) ne puta-
rent exercitum illum in regis perniciem
comparatum fuisse: verum ut illum ad

O.j.

boni regis officium reuocarent, sicut
boni publici ratio postulabat. Verba au-
tem Annalium, qui Chronica Ludouici
xi. inscripti sunt, Lutetiæ à Gallioto
impressa, hæc ferè sunt, fol. 27. Primum
& summum postulatorū caput hoc fuit,
vt Trium ordinum conuentus habere-
tur: quippe, quod vnicum omnibus seculis,
malorum omnium remedium fuisset,
vīmque semper eiusmodi incommo-
dis medēdi habuisse. Rursus pag. 28. Pro-
cerum legatis Senatus datus est Lutetiæ,
die xxiiii. in Curia quæ Domus ciuitatis
dicitur, in quo affuerunt delecti ex Aca-
demia, ex parlamento, & ex Magistra-
tibus. Responsum est, eorum postulatum
æquissimum videri, cōciliūmque Trium
ordinum indictum est. Hæc, inquam, Hi-
storici verba sunt, fol. 28. ex quibus veris-
simum istud M. Antonij vetus verbum es-
se apparet: Etsi omnes molestæ semper se-
ditiones sunt, iustas tamen esse nonnul-
las, & propè necessarias: eas verò iustissi-
mas, maximéque necessarias videri, cùm
populus Tyranni sævitia oppressus, auxi-
lium à legitimo Ciuium conuento im-
plorat. Quid à deteriorne Ciuium con-
ditio

ditio esse debet, quām olim seruorum fuerit: qui fœnitia dominorum pressi ad urbis præfectum configiebant, & de suis dominis verecūdē (vt ait Vlpianus) expostulabant. Itaque Guaguinus in vita eiusdem Ludouici, vbi responsum Caroli Burgundiæ Ducis ad regis legatos exponit: his utitur verbis, pag. 265. Audit, inquit, Carolus legatos. verū ad pacem nihil commodius esse respondit, quām trium Ordinum conuentum, vbi tantas animorū & belli discordias componi oportet. quod postquām per nuntios Legati Ludouico retulerunt, ipse in dilatione ipem reponens, cōcilium apud Turones ad Kal. April. anni MCCCC-LXVII. indixit. Conuentionis definito tempore, affuere ex toto regno, &c. Quod idem totidem verbis traditur in iis quæ diximus Annalibus, fol. 64. & in Magno Chron. vol. 4. fol. 242. vbi etiam illud additum est, quod memoria dignū & summoperē obseruandum videtur, placuisse in eo cōcilio, vt certi probatique viri ex singulis ordinibus deligerētur, qui Rép. constituerēt, & (vt ad verbum interpretemur) iuri ac iusticiæ prouiderēt. At N.

O.ij.

Gillius, eo quem ostendimus loco: Post prælium, inquit, Montlerinum, delecti sunt complures egregiè cordati & prudenter viri, qui boni publici curatores essent: quemadmodum inter regem & supradictos Proceres conuenerat: primusque in eo numero fuit Comes Dunnensis, qui primus discessionis illius auctor fuerat. Erat autem (ut superius dictum est) antiquæ consuetudinis, postquam Ecclesiasticorum opes in tantam potentiam excreuerant, ut populus in tres ordines describeretur, quorum unum Ecclesiastici obtinerent: cùmque Reip. curatores constituerentur, duodeni ex unoquoque ordine deligerentur. Itaque in eo Concilio constitutum fuit, ut xxxvi. Reipub. curatores crearentur, qui communi consilio publicis incommodis mederentur. Qua de re Monstrelletus vol. 4. fol. 150. ita scribit: Principio decreatum est, ut ad Rempub. constituendam, plebemque tributis & detrimentis subleuandam, xxxvi. viri auctoritate regia deligerentur: duodeni ex clero, totidem ex equitibus, & totidem iuris & iustitiae periti: quibus potestas permitte-
retur

retur videndi, quibus vitiis atque incommodis regnum laboraret, iisque vitiis remedium adhibendi: fidemque rex regali dicto promissaque dedit (ad verbum, Et promisit rex in verbo regis) ratum se habiturum, quicquid illi **xxxvi.** viri constituerent. Hac Monstrelletus: cui Oliuerius Lamarcius Belga, in historiae sua cap. 35. totidem propè verbis subscribit, eundemque **xxvii.** Curatorum Reipub. numerum prodit: simulque ascribit, cum rex ei dicto promissaque non stetisset, fidemque publicam & publicè iuraram violasset, miserrimum in Franco-gallia bellū exarsisse: quod annos propè **xiii.** durauit. Ita regis periurium cum ipsius infamia, tum etiam populi pernicie expiatum est. Vt cunque sit, perspicuum est, nondum centesimum annum abiisse, ex quo Frācogalliae libertas, solennisque Cōcilij auctoritas vigebat: & vigebat aduersus regem, neque aetate, neque animo imbecillum: sed & iam annorum **XL.** maiorem, & tanta ingenij magnitudine praeditum, quantam nunquam in ullo rege nostro fuisse constat. Ut facilè intelligatur, Rēmp. nostram libertate fundatam

O.ij.

& stabilitam , annos amplius centum &
mille statum illum suum liberum & sa-
crosanctum , etiam vi & armis aduersus
Tyrannorum potentiam , retinuisse . Ne-
que verò præclarum hac de te Philippi
Cominæi clarissimi viri & ornatissimi hi-
storici elogium prætermittendum vide-
tur : qui lib. Hist. 5. cap. 18. in hanc scribit
sententiam , quam ad verbum conuerte-
mus . Quare ut in instituto sermone per-
gamus , ecquis est in orbe terrarum rex ,
aut Princeps , cui ius sit tributum vnius
teruncij subiectis suis sine ipsorum con-
sensu & voluntate imponere ? nisi vio-
lentia & tyrannide vti velit . Atenim (di-
xerit aliquis) potest tēpus incidere , cùm
publicum populi concilium expectan-
dum non est : neque tantam moram res
patitur . Sanè in bello suscipiendo nihil
tanta celeritate est opus . satis ad eā rem
temporis suppeditat . Addo etiam illud ,
cùm reges & Principes bellum ciuium
suorum consensu suscipiunt , multò &
potentiores sunt , & hostibus suis formi-
dabiliores . Et rursus aliquantò post : Re-
gem Galliæ minimè omnium decet his
uti verbis : Habeo potestatem exigendi à

m

meis ciuibus, quantum mihi libet. Nam neque ipse, neque quisquam alius eam potestatē habet. Qui verò his vtūtur verbis, nullum ei honorē tribuunt: neque illius auctoritatem & existimationē apud exterias nationes augēt. verūm ex cōtrario, terrorē finitimiſ iniiciunt: qui nulla conditione dominatum illius subire vellēt. At si rex noster, aut iij qui potentiam eius prædicant, ita loquerentur: Habeo subiectos ita mansuetos & obsequentes, ut nihil eorum quæ impero facere detrectēt, neque quisquam Princeps subiectos habet æquè obsequentes, quique calamitatum & incommodorum suorum facilius obliuiscantur: hæc oratio magnæ illi laudi, atque ornamento esset. Verūm illa regem non decet: Exigo, quantum volo: eiisque rei potestatem habeo, quā mihi cōseruatā volo. Rex Carolus quintus hac oratione non vtebatur. Neque sanè regē vllum nostrum illis vrentem verbis audiui: sed quosdam ipsorum comites & ministros: qui sibi bonam regibus nauare operam videbantur. Verūm meo iudicio aduersus illos peccabāt: & tātū assentiandi cauſſa ita loquebantur: neque satis

O.iiij.

quid dicerent, considerabant. Atque ut certius mansueti Gallorum ingenij argumentū proferamus, consideremus concilium trium Ordinum Turonibus, post regis nostri Ludouici xi. excessum, habitum: anno nimirum 1484. Existimari per id tempus poterat, bonum illum Ordinum conuentum periculosum esse. dicebantque nescio qui, non magni pretij homines, saepiusque post id tempus dixerunt, crimen esse læsæ Maiestatis, si quis de trium Ordinum concilio conuocando verba faciat. Id enim ad minuenda regis auctoritatem pertinere. Verùm illi ipsi sunt, qui crimen illud aduersus Deū, & regem & Remp. committunt. Neque verba eiusmodi aliis prosunt, quām iis, qui nullo suo merito gradus honorum & dignitatum obtinent: neque ad illos obtinendos sunt idonei: sed assentari & seruire auribus didicerunt, & nugatoriis de rebus verba facere: magnosque cōuentus hominum reformidat, ne quales sunt, tales agnoscatur: eorumque opera vituperantur. Hæc Cominæus: ex quibus aliisque quæ superius de retenta publico concilij in Ludouicū xi. auctoritate diximus, perspicue

perspicue intelligitur, etiam vsque ad id tempus nobile illud præceptum, à Turcica tyrannide alienū, viguisse: SALVS POPVLI SVPREMA LEX ESTO. sed hanc conuentus publici libertatem regum assentatores, & qui malis artibus honores adepti sunt / ut Cominæus scribit) omni studio & contētione auersantur. Qua de re Budæus quoque libro de Asse 111. sic scribit: Quare, si moribus iam nostris, qui rerum summam tenent, tenebuntque in posterum, IN DISQVISITIONEM CONVENTVVM aliquando vocentur, nonnulli sāpe qui se nasitos videri volunt, haud dubie (quod aiunt) apprime simi, atque ea parte deformes ab omnibus cernerentur.

An mulieres, non vt ab hereditate Regni, sic ab eius procuratione, Francogallico iure, arceantur.

CAP. XX.

Sed quoniā de regni procuratione & summa Reip. admirandæ instituta disputatio est, nō prætereunda quæstio videtur, An mulieres non vt ab hereditate Regni, sic etiam ab

eius procuratione arceantur. Primum autem illud apertè testatum volumus, nos neq; de Romanorum, neque de aliarum gentium iure, sed tantum de huic nostræ Francogalliae institutis differere. Nam, ut notum omnibus est, Romanorum institutis mulieres propter infirmitatem cōsiliij in perpetua tutorum potestate fuisse, atque ab omnibus non modò publicis, verū etiam ciuilibus negotiis exclusas esse: ita non nullis aliis in gentibus mulieres summam imperij vetustis moribus obtinēt. Britanni sexū in imperiis nō discernūt: inquit Tacitus in Agric. vita. Hoc igitur cōstituto, & testificatione nostra planè ac dilucidè propria, deinceps ad quæstionē accedamus. Nam ei caussām præbuisse superiorū aliquot temporū exempla videntur: quibus constat, Regnum Frācogalliae à Reginis, præsertim viduis, & regū vel puerorū vel absentiū matribus administratum fuisse. In quibus haud scio an ullum ad muliebrē audaciam insignius cōmemorari possit, quam illud reginæ Blācæ, Ludouici Trāfmarini matris, de qua posterius dicemus: quæ Rege filio in Africam

cā ad bellū gerendum profecto, summā
sibi potestatem non modò in Reip. sed
etiam in Ecclesiarum & Episcopatum
administratione asciuit: quēadmodum
ex veteribus quibusdam monimētis nu-
per in lucem editis cognosci potest: *Nos*
charissimæ Dominae nostræ & martyris Regine con-
cessimus, & voluimus, quod ipsa in hac nostra pere-
grinationis absentia plenariam habeat potestatem
recipiendi & attrahendi ad regni nostri negotia,
quos sibi placuerit, & amouendi quos viderit
amouendos: Bailliós etiam instituere valeat,
castellanos, forestarios, & alios in seruitium
nostrum & regni nostri ministros ponere &
amouere: dignitates etiam & beneficia ecclesia-
stica vacantia conferre, fidelitates Episcoporum &
Abbatum recipere, & eis regalia restituere, &
eligendi licentiam dare capitulis & conuentibus
vicę nostra. Ex contrario tamen pugnat
primum ratio disputandi usitata, ut cui
per se Reginam esse ius non est, ei-
dem regendi ius ac potestas non sit. Per
se autem Reginam esse mulierem non
posse, neque Regni hereditatem ei ex
éave prognatis deferri: sed si Reginæ
appellantur, per accidens, & propter
Reges maritos id fieri: superius ex anti-
quis M CC annorum monimētis demon-
stratū est. Eo accedit, quod superius do-

cuimus, quemadmodum omnis & crean-
dorum & abdicandorum regum pote-
stas penes publicum Concilium erat: ita
curatoris Reip. siue moderatoris deligē-
di ius summum penes idem Concilium
fuisse. Quinetiā creatis regibus, tamen
summam imperij administrandi potesta-
tem ab eodem Cōcilio retentam fuisse:
neque centesimū adhuc exisse annum
cūm regnante Ludouico xi, quam tu-
nis astuto & callido, xxxv i Reipub. cu-
ratores, tāquam Ephori, ab eodem Con-
cilio constituti sunt. Quod si Maiorū no-
strorum auctoritatem quærimus, extat
insignis apud Aimoin. lib. 4. cap. 1. vbi
de Brunechilde, Regina matre Childe-
berti regis commemorans ita loquitur:
Simul, inquit, quia Brunechildis sum-
mam regni solicitudinem sibi reseruare
velle intelligebatur, & primates Fran-
ciæ tāto tempore fœmineo dominatiū
dedignabantur subiici. &c. Et profectò
ita est, vt si quādo regni procreationem
apud maiores nostros mulieres adeptæ
sunt, semper ea res miras in Rep. nostra
tragœdias, summa denique miseriārum
incendia excitarit. Cuius rei non alie-
num

num videtur exempla quædā propone-re. Dominata est quondam Chrotildis, Regina, mater Childeberti & Clotarij regum, quæ cùm alterius filij nomine Chlodomeris demortui filios insano quodā amore prosequeretur, summam contentionem abhibuit, ut nepotes remotis filiis in regiam dignitatem producerentur. Itaque capillitium eorum, pro eo instituto de quo supetiùs diximus, summa cum cura & diligentia nutriebat. Cuius rei Reges fratres certiores facti, confestim Arcadium quendā ad eam miserunt, quin nudum gladium simūlque forcipem ei ostentās, optionem illi face-ret, vtrum illorum nepotum suorum capiti admoueri mallet. Atilla, inquit Gregorius Turon. nimium felle commota, præcipue cùm gladium cerneret euaginatum ac forcipē, amaritudine præuen-ta, respondit: Satius mihi est, si ad re-gnum non eriguntur, mortuos eos vide-re, quàm tonsos. Ita nepos vterque in ipsius conspectu imperfectus est. Auctore eodem Gregor. lib. 3. cap. 18. vbi tamen subiungit, Reginā hanc liberalitatibus & donationibus in monasteria collatis

plebis & vulgi benevolentiam cōciliatię. Date frenos (inquit Cato) impo-
tentia naturae , & indomito animali , &
sperate ipsas modum licentiae facturas.
Quid? quām effrenatū illud fuit animal,
illa, inquam, Theodorici Regis filia, na-
tione Itala , quæ serui sui amore insana,
vbi matris iussu illum imperfectū cogno-
uit , per speciem reconciliatæ cum ma-
tre gratiæ sacramentū se dominicæ cœ-
næ cum illa communicare velle ostendit,
yenenoq; in calice infuso impietate
simul & crudelitate nefaria matrē susti-
lit. Verba Gregorij Turonēsis lib. 3. c. 33.
Hæc sunt: Erat sub Ariana secta viuētes:
& quia cōsuetudo eorū est, ut ad altariū
veniētes de alio calice Reges cōmuni-
cēt, & de alio populus minor (notanda
cōsuetudo calicis cū plebe cōmunicati)
venenū in calice illo posuit, de quo ma-
ter communicatura erat: quo illa hausto
protinus mortua est. Aye, reliquias videa-
mus. Dominata est quondam Fredegundā,
Regina mater , Chilperici primi vi-
dua. Hæc marito superstite cū Lande-
rio quodam adulterij consuetudinem
habuerat. Vbi Chilpericum id sensisse
animad-

animaduerit, interficiendum cum curauit: confessimque Regni procuracionem filij sui Regis Clotharij nomine, tanquam Regina mater suscepit: eamque annos XIIII sustinuit. Primum Childebertum filij sui paternum, eiusque uxorem veneno sustulit: tum Hunos aduersus ipsius filios concitauit: bellumque ciuale in Remp. immisit. fax denique illorum incendiorum fuit, quibus Franco-gallia multos annos exarsit. auctore Ammiano lib. 3. cap. 36. & lib. 8. cap. 29. Dominata est Regina mater Childeberti, Brunechildis, Sigeberti Regis vidua. Hæc Italum quendam nomine Protadium in delitiis habebat, cumq; omnibus honoribus amplificabat. Hæc eadem filios suos Theodebertū & Theodoricum adolescentes in eam vitæ flagitiosæ consuetudinem adduxit, ut tandem capitales inter se inimicitias gererent, bellōq; diuturno cōflicati præliū atrocissimum committerent. Merouicum nepotem suum Theodeberti filium sua manu interfecit. Theodoricum veneno sustulit. Quid amplius? Date frenos (inquit Cato) impotenti naturæ, & indomito ani-

mali: & sperate ipsas modum licentiae facturas. Decem principibus Regiis necis caussam attulit. Cūmque ab Episcopo quodam obiurgata esset, rogataque ut se ad frugem conuerteret, illum in profluente præcipitari iussit. Ad extemum concilio Francorū indicto, in iudicium vocata, damnata, & ab equo currente distracta, membratimque dilaniata est. Auctoiribus Greg. Turon. lib. 5, cap. 39. & lib. 8. cap. 29. & Adone Ætat. v 1. Ottone Frielingens. Chron. parte 16. & Aimoino lib. 4. cap. 1. itēmque Appendix Gregor. Turon. lib. 11. cuius hæc verba sunt: Reputantes ei quod v. Reges Francorum per eam interfecti fuissent: id est, Sigebertus, Meroueus, & genitor suus Chilpeticus, Theobertus & filius suus Clotharius, item Meroueus filius Clorharij, Theodoricus, ciusdémque tres qui ad præsens extinti fuerant: pér triduum eam diuersis tormentis afflictam iubet prius camelo (legédum puto, Caballo) per omnem exercitum sedentem perducere: posthæc comam capit is uno pede & brachio ad ferocissimi equi caudam ligare: à quo calcibus & velocitate cur-

de cursus membratim disrumpitur. Age,
de ceteris vidamus. Dominata est Ple-
ctrudis, non Regis, sed Regij præfectū Pi-
pini vidua, qui tum regiū imperium ob-
tinebat, dum inane regium nomen Da-
gobertus secundus sustineret. Hæc Ple-
ctrudis propter adulterij & flagitiosæ vi-
rae turpitudinem à Pipino repudiata, ma-
rito mortuo multarum in Gallia sedicio-
num auctor fuit. Carolum Martellum
Palatij magistrum, fortissimum virum
ab ire Magistratu coagit, aliumq; Thco-
baldum impurum & nefarium homi-
nem in ipsius locum sufficit, tandem fu-
nestum ciuale bellū inter Francos ipsos
excitauit, qui variis præliis, & ut (ait Ai-
moinus) durissimis cædibus sese mutuo
prostrauerunt. lib. 4. cap. 50. & cap. seq.
Quinetiam auctor libelli cui titulus est,
Statutus regni Franciæ, sub Dagoberto II.
his utitur verbis: Cum Franci Plectrudis
furores atque insanias ferre non possent,
neque in Dagoberto rege spem ullam
reliquam viderent, Danielem quēdam
sibi regem delegerunt, qui anteà mona-
chus fuerat, eumque Chilpericum no-
minarūt. quam historiam superiùs quo-
monoid

P.j.

dam loco perstrinximus. Sed reliquas videamus. Dominata est Regina mater Caroli Calui, nomine Iuditha, Ludouici cognomēto Pij coniux: qui non modo Francogalliae Rex, verum etiam Italiæ & Germaniæ Imperator fuit. Hæc misserum fatalèque bellum inter Ludouicū & ipsius filios priuignos suos excitauit: vnde nata horum aduersus parentem tanta coniuratio, ut illum imperio se abdicare, suāmque illis dignitatem cedere magno totius propè Europæ incommodo cogerent. Quorum incommodorum culpam Historici omnes magna ex parte in illam Reginam matrem Iuditham conferunt: Abbas Ursperg. Michael Ritius & Otto Frising. Chron. 5. capite 34. Ludouicus, inquit, propter mala opera vxoris suæ Iudith regno pulsus est. Itemque Regino in Chro. anni D C C C X X V I I I. vbi sic scribit: Ludouicus à suis imperio priuatur, & priuatus custodiæ traditur, Regnique monarchia Lothario filio eius per electionem Francorum datur. Fuit autem hæc deiectio pro maxima parte facta propter multimodam fornicationem

tionem Iudithæ uxoris eius. Aliquot post seculis dominata est Blanca Regina, mater Ludouici cognomento Diui, natione Hispana. Ut primùm gubernaculum arripuit, concurrere ad arma Galliæ proceres cœperunt, Duce Philippo, Comite Bolonico, Regis patruo: qui (ut summus auctor scribit Ioan. Ionuillæus capite histor. 4.) fere ndum non esse elamitabant, rātum Regnum à muliere, eaque peregrina, administrari. Itaque Comitem Philippum proceres illi, repudiata Blanca, Regni procuratorem delegerunt. At Blanca nihilominus in instituto perseverare, & auxilia vndique accersere: Ferdinandum denique Hispaniæ Regem fædere sibi atque amicitia adiungere instituit. Cūm Duci Philippo Dux Britanniæ & Comes Eboracensis ipsius frater sese coniunxissent, de improviso oppida aliquot interceperunt, eaque præsidiis firmarunt. quod Ionuillæus capite quinto commemorat: atque ita grauissimum im Gallia bellum, propter occupationem à Regina matre Regni procurationem, exarsit. Fortè tum accidit, vt

P.ij.

Rex Stampas à matre armorum caussa missus, proficisci erunt. Eò cōfestim multis ex partibus Proceres aduolarunt, Regemq; obsidere cœpetunt: non læden-di (inquit Ionuillæns) aut violandi illius consilio: sed (ut idem testatur) ut eum à matris potestate abducerent. Quare ad illam perlata, quæ tum Lutetiae permanserat, celeriter armari Parisienses, & Stampas proficisci iubet. Vix eæ copiæ Montlerium peruererant, cum Rex obsidione liberatus, ad eos accedit: Lutetiāmque vnā cum ipsis reuertitur. Vbi se Philippus domesticis copiis minus instructū animaduertit, Reginam Cyprī, quæ in regno controuersiam quandam habebat, subsidio accersit. Hæc magnis copiis in Campaniam ingressa, latè regionem illam populatur. Blanca nihilominus in sentētia permanet. Itaque Anglorum auxiliū Proceres ad extremum in Regni fines introducunt. Hī magnis incommodis Aquitaniam, ceterāsque maritimas regiones afficiunt: quæ incōmoda omnia ex Reginæ illius matris im- potētia atque ambitione nata fuisse, Ionuillæus multis verbis commemorat: c.6,

7, 8.

7,8,9,&10. Et quoniam longè alia de Blā.
cæingenio & moribus nostrorum homi-
num opinio est, propter eorum (ut credi
par est) qui per ea tempora scripsérunt,
affectiones (nā Reginis matribus Scri-
ptores ferē vel supplicij merū, vel pro-
pter Regū filiorū existimationē parcunt)
non prætermittēdū videtur, quod idem
Ionuillæus c.76. cōmemorat, illam vsq;
eō filiū in potestate sua habuisse, vsque
adeò illum timidum abiectumq; rede-
gisse, ut cùm ipsius vxorem nurum suam
Margaretā odio haberet, raro admodū
Regem cùm illa versari pateretur. Itaq;
cùm rex iter faceret, Blanca metatorib.
imperabat, vt hospitium Reginæ separa-
tim à rege assignarent, quinetiam si quā-
do rex noctu furtim ad coniugem acce-
debat, tū hostiarios in speculis colloca-
bat: & si forte Blancā aduentare intel-
ligerent, tum fuste canes ab illis cædi im-
perabat: quorum clamore de sese occul-
tando cōmoneretur. Quid amplius? Die
quodam (inquit Ionuillæus) cùm Regi-
na Margareta è puerperio ægrotaret,
Rexque pro amicitia ad illam venisset,
repente Blanca interuenit. Rex clamo-

re canum admonitus, sese in lectuli angulum abdidit, cortinisque inuoluit. Illa nihilominus inuentum Regem manu, inspectantibus omnibus, prehendit, ac simul e cubiculo eduxit: Tu hic, inquiens, nihil agis. Egredere. At puerpera cum tantam contumeliam acerbius tulisset, dolore exanimata est: coactaque sunt cubicularij Regem reuocare, cuius aduentu puerpera recreata est, animumque recepit. Atque haec quidem Ionuillaeus, capite hist.
76. totidem propè verbis commemo-
rat. Rursus aliquot intermissis annis
dominata est Isabella Caroli VI. de-
mentis vidua. Prius enim quam Con-
ciliij auctoritate Regni procuratio cer-
tis ac delectis viris mandari posset, mul-
ta ab hominibus ambitiosis cōtētiones
exortae sunt. Sexies deniq; controversiae
renouatae, sexies interpositis pactionibus
sedatae sunt. Tandem Isabella Parisiis exa-
cta, Carnutū se recepit. Ibi Philippū Mor-
uillerium veteratorē naēta, Senatum si-
bi & Prætorem, & Cancellarium Moruil-
lerium illum instituit: eiusdēmque consi-
lio Typum regium (quod Cancellariæ si-
gillum

gillum vulgò appellant) insculpi iussit,
suámque in eo imaginem demissis bra-
chiis imprimi:cùm in diplomatibus hac
præfatione vteretur: Isabella Dei gratia
Regina Franciæ:quæ propter incommo-
dam Regis valetudinem Regni procura-
tionem obtinet . Verū vbi Respub.mul-
tis affecta incommodis,ac prope iam ad
interitū adducta videretur, publico con-
silio Turones amandata est : quatuor-
que illi tutores attributi; qui belluā illā
indomitam domi continerēt: viderent-
que ne quam rem agere , ac ne literam
quidem yllam sine i pforum permissu
scribere posset.Cuius rei extat apud Mō-
strelletum copiosa historia cap. 161. &
cap.168.Multoque vetustius eiusdem fe-
ueritatis exemplum extat in Placidina
Childeberti Regis matre,quam propter
impietatē,& nimiam in episcopoQuin-
tiano vexando & ecclesiæ pace contur-
bāda insaniam,in oppido Cadurco com-
prehēsam , & rebus omnibus spoliatam
ac nudatam Franci exilio damnarunt.
vt testatur Glego.Turon libro tertio ca-
pite duodecimo.

P.ijj.

SVB eadem Capeuingiorum
 familia exortum est in Fran-
 cogallia Regnū Rabulariū,
 de quo nobis propter incre-
 dibilē artificum industriaṁ
 & inauditam seculis omnibus soleritiam
 dicendum videtur. Dominatur hoc tem-
 pore passim in Gallia genus hominum,
 quī Iuridici à notariis, Pragmatici ab a-
 liis, itēmq; Rabulae appellantur. Horum
 tanta trecentis ferè abhinc annis fuit so-
 lertia, ut non modò publici cōciliij au-
 toritatem (de qua superius diximus) pro-
 pérām opprēserint, verū etiā omnes
 Regni Principes, atq; adeò Maiestatem
 regiā amplitudini suā parere coegerint.
 Itaque quibus in oppidis illius Regni se-
 des positae sunt, in his tertia ferè ciuium
 & incolarum pars tāris excitata præmiis
 ad illius se artis Rabulariæ studium ac
 disciplinam applicauit. quod vel Lute-
 tiæ, quæ ceterarū ciuitatū omnium prin-
 ceps numeratur, cuius licet animad-
 uertere. Quis enim vel triduum in illa
 vrbe

vrbe versatus, non animaduertit, tertiam ciuium partem, artem istam Pragmaticam & litigatoriam factitare? Itaque summus in ea Pragmaticorum cōuentus (qui Putpuratus Senatus dicitur) tantarum opum, tantæque dignitatis est, ut quemadmodū de Senatu Romano quondam dictum est, non iam consiliariorum sed regum ac satraparū confessus videatur. quippe, cùm plerique in illum allecti, quantumvis abiecto loco nati, tamen paucorum annorum spatio regales propè opes sibi concilient. Qua de caussa ciuitates aliæ complures omni contentione pugnarunt, ut eiusdemmodi confessus iuridiciales aptid se haberēt: iamque celeberrima hæc Parlamenta numerantur: Parisiense, Tholosanum, Rhotomagense, Gratianopolitanum, Burdegalense, Aquense, Diuisione: quæ omnia stataria & sedentaria sunt. Octauum verò mobile & ambulatorium, quod Grande consilium appellatur. Fuit & nonum Armoricanis attributum editio Henrici regis anno M D L I I I . In horum regnorum finibus sunt & aliæ, ut sic dicā, Satrapiae, quæ superiorum illorum amplitudinem,

quoad possunt, imitantur: & vulgo Sedes
præsidiales nominantur: tantaque huius
morbi vis, atque contagio est, ut quem-
admodum olim Aegyptiorum bona pars
Tyrannorum suorum imperio in pyra-
midibus, & eiusmodi molibus extruen-
dis occupata erat, sic maximus gentis
Gallicæ numerus in litibus & calumniis
exercendis, & forensibus scriptitationi-
bus operam cōsumat. Extat Claudij Seyf-
fellij Archiepiscopi Massiliensis libel-
lus Gallicè scriptus, cui titulus est, De
Monarchia Franciæ: cuius in capit. 15.
verba hæc sunt: Opinione mea, plures
sunt in vna Francia scribæ, procuratores,
aduocati, & similes circūforanei, quām
in vniuerso Orbe Christiano: si alij om-
nes vnum in locum conferantur. Neque
dissimilis illa est Philippi Cominæi que-
rimonia lib. 6. cap. 6. vbi de rege Ludo-
nico xi. scribens: Habebat, inquit, in ani-
mo leges de publico & priuato iure Gal-
lico sermone scriptas, vnum in volumen
conferre: quò facilius captiones & præ-
stigiæ aduocatorum vitari possent: quo-
rum numerus tantus est in hoc Franciæ
regno, vt par in mundo non reperiatur
id Nobis.

id Nobilitas Francica iampridem sensit,
atque experta est. Hæc ad verbum Comi-
næus. Nomen autem Parlamenti anti-
qua nostrorum hominum lingua collo-
quium significat, multorum variis ex lo-
cis certum aliquem in locum conue-
nientium, ut de communibus rebus com-
municent. Itaque in Chronicis veteribus
siquando principes legative principum
de pace, aut bellicis pactionibus conue-
nerunt, semper colloquium illud con-
dictum, Parlamenti nomine appellatur.
Eadémque ratione publicum ordinum
Concilium vetusta lingua nostra Parla-
mentum dicebatur. quod nomen adhuc
in Anglia retinetur. Itaque Philipp. Co-
minæus lib. 4. c. 1. Rex Angliæ, inquit, tri-
buta suæ genti imperandi ius non habet,
sine consensu atque auctoritate sui Par-
lamenti, quod apud nos Trium statuum
Concilium appellatur. Eodémque nomi-
ne conuentus ordinū Brittanniæ Armo-
ricæ, quandiu gens illa regem propriū
habuit, semper appellatus est: quemad-
modū ex illius Annalib. cognosci licet:
multis quidē locis, sed præsertim li. 3. vbi
Ducis Maliclerici, hoc est indocti indocta

cum Franciæ rege pactio profertur: ex anno M C C X X X . Item Dux in signum submissionis prædictæ, voluit quod à suo parlamento de cetero appellaretur ad parliamentum Franciæ, in duobus tantum casibus. Et mox: A falso & prauo iudicio sui parlamenti Brittanniæ appellabitur de cetero ad Franciæ parliamentum. Dicebatur etiam Curia parliamenti trium statuum: ut Stephanus Aufrerius Burdegalensis Prætor, nobilis pragmaticus, testatur in Commentario styli curiæ parliamenti. Quinetiam video Bartolum aliosque Doctores Italos hac eadem voce paf sim pro publico regionis alicuius concilio, siue comitiis usurpare. Nam Bartolus in l. 2. C. de legation. lib. 10. Præses prouinciæ, inquit, conuocauit parliamentum in prouincia, & in eo proponit quod respicit utilitatem publicam. Et mox: Nota, quod præsides prouinciarum coadunat vniuersale parliamentum prouinciæ; quod intellige, non quod omnes de prouincia debeant ad illud ire, sed de omnibus ciuitatibus deputantur ambasatores, qui ciuitatem repræsentat. Et in eandem l. Ioh. de Platea: Vbi super aliquo, inquit,

inquit , prouidendum est pro vtilitate totius prouinciae , debet congregari generale concilium seu parliamentum: non quod omnes de prouincia vadant: sed de qualibet ciuitate aliqui ambasatores vel syndici , qui totam ciuitatem representent.in quo cōcilio seu parlamen-
to petitur proponi sanum & vtile consilium. Item Lucas de Penna: Modus proponendi in consilio generali , seu parla-
mento est , vt petatur proponi sanum &
vtile consilium. Cūm autem in Gallia
nostra summam illam Publici concilij
auctoritatē imminuere Capeuingij mo-
litentur,& certorum Senatorum nume-
rum in eius concilij locum substituere ,
augustum illud parlamenti *nomen in il-*
lum pragmaticorum & iudicum confessum transtulerunt: eīque hanc auctorita-
tem tribuerunt: primū ut nulla regia
Lex , nulla constitutio rata esset, nisi cu-
ius illi consiliarij auctores comprobato-
résque fuissent: deinde ut nullus tota Gal-
lia Magistratus, non modò vrbanus, ve-
rūmetiam militaris esset , quem non ab
illo cōfessu inaugurarī , & apud eundem
in leges iurare oporteret:tū ut ab eorū,

iudiciis appellandi ius non esset : sed vt eorum decreta rata & fixa essent. Is qui Princeps est senatus (inquit Conanus libro 1.) cùm ius dicit, nemini præterquam regi ipsi honore sedendi cedit. Postremò quicquid potestatis imperij, auctoritatis penes publicum Concilium & Statuum parliamentum per tot annos fuisse docuimus, id totum Senatus ille subditius sibi usurpauit: in quem reges cooptandos curabant, quos ad suas rationes accommodatos fore iudicabant. Quare quibus initiis ac radicibus in tantam amplitudinem excreuerit, paulisper considerandum est. Primum igitur Basilica regia Lutetiæ opere magnifico extructa est, imperio, vt plerique affirmant, regis Ludouici Hungini, quo nomine prisca lingua nostra Turbulentus significatur: vel, vt non nulli disputant, regis Philippi Pulchri, circiter annum MCCXCIIII. studio certè atque opera Enguerrantij Magnij comitis Longueuillij, qui aliquot interieatis annis, in patibulo Parisiensi propter peculatus crimen teste suspensus est. Vt cunque sit, quod Ægyptij reges fecisse narratur, vt imperio suo subiectos in py-

in pyramidibus extruendis occuparent,
in quibus rex Chemnis præcipue memo-
ratur, qui hominum trecenta sexaginta
millia ad pyramidem extruendam con-
duxit: idem tum Francogalliae reges in
arte rabularia tradenda fecisse dici pos-
sunt. Guaguini autem Historici in Hu-
tini regis vita, verba hæc sunt: Hic Ludo-
vicus instituit Parlamenti Curiam Pari-
siis stabilem esse, & loco non moueri,
ne litigatores crebris circuitionibus ve-
xarentur. Hæc ille. Nā quod nonnulli ad
Pipinum vel Carolum Magnum institu-
tum illud referunt, quam absurdum id
sit, facile ex iis quæ mox docebimus, con-
stabit. Quinetiā eiusdem Caroli Magni
leges & constitutiones complures extāt,
quarū in nulla neque parlamenti, neque
maioris illius Senatus mentio interponi-
tur: sed tantū sancitur, vt certis locis fo-
rum à Iuridicis agatur, & conuentus ha-
beātur, quæ ille usitata cōsuetudine Placi-
tū, & Mallū appellat. veluti legis Frācīcæ
li. 4. c. 35. Ut in anno tria solūmodo gene-
ralia placita obseruare cōpellat: nisi for-
tè quilibet aut accusatus fuerit, aut aliū
occupauerit, aut ad testimoniū perhiben-

dum vocatus fuerit. Multæque alijæ in eandem sententiam eiusdem regis leges extant, ex quibus de litium paucitate existimare licet. Ac planè verissimum arbitror, quod video à nonnullis hominibus nostris traditum, tantam litium, calumniarum, & sycophantiarum sententem factam primùm à Papa Clemente v. qui Philippi illius Pulchri tempore Papatus sedem Auenionē transtulit. cūmque magna ipsius aulici & pragmatici consuetudine cum hominibus nostris implicarentur, semina Romanæ artis rabulariæ in mores nostros sparisse. Nam Egwinarthus in vita Caroli Magni sic scribit: Cum calciaretur, aut amiciretur, nō tantum amicos admittebat: verum etiā si comes palati⁹ lité esse aliquam diceret, quæ sine eius iussu definiri non posset, statim litigantes introduci iussit, & velut pro tribunali federet, lité cognita sententiam dixit. Itaque eiusdem Caroli Magni in Capitulari hæc lex extat: Hoc miseri nostri notum faciant comitibus & populo, quod nos in omni septimanavnum diem ad causas audiendas sedere volumus. Age, ceteros videamus. Regnauit circiter

circiter annum M C C X X X Ludouicus cognomento Diuus: cuius vitam Ioan. Ionuillaeus de quo superius aliquoties meminimus, cōscripsit. At ex huius cōmentario quanta per id tempus litium & calumniarū esset raritas, velhinc licet intelligatur, quod Rex ipse Ludouicus vel controvētias disceptabat, vel disceptandi negotium nonnullis è suo Comitatu mandabat. Itaque cap 94. ita scribit: Solebat, inquit, imperare Domino Nelliō, Domino Sueſionensi, & mihi, ut iudiciis quæ ad portam appellantur, operā daremus. Tum mittebat qui nos ad se accerſeret; quærebatq; ex nobis, quo statu res esset, ecquod esset iudicium, quod sine ipso exerceri non posset. ac ſapè accidit, ut re per nos ad ipsū delata, litigatores ipſos accerſiri aſſe imperaret, catiſ ſām q; ex bono & æquo disceptaret. Sæpenumerò in saltū Vincēnā animi cauſa exibat, viridiique in cespite ad querens alicuius radicem confidens, ſibi nos aſſidere, &c, ſi quis negotij quid habebat, eum ad ſe vocari iubebat. Quintam ipſe clarē pronuntiabat, ſi quis litem & aduersarium haberet, ut ac-

Q.j.

cederet, & iusta sua exponeret. Tum si quis accedebat, Rex attentè ipsum audiēbat, ac re cognita, sentētiā ex bono & æquo pronuntiabat. Interdum negotiū dabat Petro Fontanio, & Godefrido Vilettio, ut litigatoribus operā darēt, & cauſſas disceptarent. Vidi etiā aliquoties, cū bonus ille Rex Lutetiæ in hortū ſuburbanum exiret, tunica mediocri indutus: ibiq; mēſam tapeto inſterni imperabat. Tum silentio factō introduci ad ſe litigatores iubebat, cauſſasq; ſuas agere: iufq; ex tempore reddebat. Hæc Ionuiliæus. Ex quibus existimari potest, quanta litium & litigatorum illis temporibus eſſet paucitas: quantāque Regū illorum in auertēdis litium moleſtiis ſollicitudo.

Quin ne illud quidē prætermittēdū eſt, quod ſcribit Speculator ſub tit. de Feris, cùm ſuo tēpore, hoc eſt circiter annum MCCLXX grauiores cauſſæ ac lites in Cōcilio publico, (quod, vt iam antē diētū eſt, Parlamentum appellabatur) agi ſolerent, atq; illuc omnībus ex regni partibus in ius adi'retur, moris fuiffe, propter eos qui longinquis ex regionibus venerant, vt etiā festis diebus iudicia exercerentur.

cerentur: Potest, inquit, excusari consuetudo Curiæ Regis Franciæ, quæ tempore Parlamentorū omni die ius reddit; ut venientes de longinquis partibus citius expediantur. At successu temporis, arte rabularia, sensim, gangrenæ modo, serpente, institutum est, ut & saepius & pluribus locis iurisdictio exerceretur. Itaque Philiippi IIII. cognomento Pulchri constitutio hæc extat, ex anno M-C CC LI. Præterea propter subiectorum nostrorum commodū, & cauſarum expeditionē proponimus ordinare, quod duo Parlamenta Parisiis, & duo Scarcaria Rhotomagi, Diésque Trecenses bis tenebuntur in anno: & quod Parliamentum apud Tholosam tenebitur, sicut teneri solebat temporibus retroactis, si gentes terræ consentiant. Item, quia multæ cauſæ magnæ in nostro Parlamento inter magnas & notabilis personas aguntur, ordinamus & volumus, quod duo Prælati & duæ aliae personæ sufficienes, Laicæ, de nostro consilio, vel saltem unus prælatus, & una persona Laica, cauſas prædictas audiendi, deliberandique gratia

Q.i.j.

continuè in nostris Parlamentis existat,
Quibus ex verbis intelligi potest, pri-
mùm quāraro per ea tempora iudicia
exercerentur. deinde quār pauci iudi-
ces in illo Parlamento federent. Nam
quantum ad ceteras præfecturas Regnī-
que prouincias, extat eiusdem Philip-
pi Pulchri constitutio, in eodem libel-
lo his verbis edita, anno M C C C I I.
Præcipimus insuper, quod Seneschalli &
Ballui nostri teneant suas assisas in cir-
citu Seneschalliarum & Balluiarum
summariè, de duobus mensibus in duo-
bus ad minus. Quinetiam Budæus eo-
dem quem superius notauimus loco scri-
bit, anno M C C X C I I I. ab eodem Re-
ge Philippo cōstitutum fuisse, ut in Par-
lamento trifarij generis federent Præla-
ti, Barones, & mixti Clerici cum Laicis.
Cūm laici, inquit, partim ex equitib[us],
partim ex promiscuo genere hominum
deligeretur. Itē, ut Prælati & Barones ex
illo tertio genere statuerēt, qui ad quāq[ue]
iurisdictionē exercendā idonei videren-
tut, simul ut tres viros deligerent, qui in
eas regiones mitteretur, quæ iure scripto
vtebātur: ut in iis ius diceret, & si qua ca-
pitalis

pitalis quæstio habenda esset, literatissimos quoque adhiberent. Quo loco Budæus horum temporū corruptelam deplorans, simulque vilissima rabularum capita forensia, togatosque vulturios (ut Apuleius loquitur) detestans, ex Iuuenalis versu sic exclamat: *Quondam hoc indigenæ viuebant more: simulq; ita subscrribit*; Ita enim nobis exclamare in mētē venit: Antiquioribus illis seculis, florente tamen hoc Regno (quod ex nomismatis apparet, auro obryzo percussis) simplicem & facilem ius reddendi rationem, rarásque lites, nec diuturnas, ut nunc, aut etiam seculares fuisse: cùm nondum ista turba interpretum Iuris Remp. inuasisset: nec dum scientia iuris latissimè, atq; etiam in infinitum patere crederetur, sed æquū bonūm q; & iudex prudēs integritate atq; innocentia præditus, instar sexcētorū voluminū essent. Nunc verò quò res reciderit, nemo quidē nō videt, sed omnes dicere mussant. Haetenus Budæus, grauissimus ubiq; & acerrimus artis rabulariæ aduersarius. Nūc vt ad nostrā historiā redeamus, doceamusq; quibus initiis ac fundamentis

Q.ijj.

Regnū istud litigatorium excitatū fūrit: quemadmodum Cicero scribit Pontifices veteres propter sacrificiorum multitudinē, tres viros Epulones instituisse, quatuor essent ipsi à Numa, ut etiā illud Iudorum epulare sacrificium facerent, instituti: eodem modo ex illo per exiguo Iudicium Parliamentariorum numero, crescente litium multitudine, incredibilis Iudicium & Consiliariorum soboles propagata est. Ac primum Basilica in gens, sumptuosa, magnifica, Regis, ut superius diximus, Ludouici Hutini, vel Philippi Pulchri imperio adificata est: tamen ex mediocri iudicium numero tres decuriæ factæ, Magnæ Cameræ, Inquisitionum, & Postulatorum. quam partitionem Budæus eodem illo loco, sed copiosius Gaguinus in Regis Hutini vita commemorat. Video tamen, qui ad Stilum curiæ parlamenti, vbi Steph. Auffrarius eundem numerum seruat, hanc notam ascriperit: Imo initio duæ tantum cameræ fuerunt. quia Camera Requestarum est tribunal inferius, postea addita est tertia: quæ parua Camera Inquestarum appellatur. Sed anno

MDXXII.Rex Franciscus , vt corraderet sexaginta milia aureorum quartam Cameram è viginti nouis consiliariis creauit: à singulis capiēs ter mille aureos. unde curia valde deturpata fuit. postea præsidentium quoque numerus pretio aequalis est. Rursus idem Rex anno MDXLIII. alias XX. quæstus caussa creauit. Quin ne illud quidem prætermittendum videtur, quod & Gaguinus & Budæus eodem loco memoriæ prodiderunt, atque insigne est ad omnem memoriam documentum, illū iudicū conuentum non perpetuum & perennē (vt hoc tempore) sed indictiuum fuisse, nec nisi certo Principis mādatu exerceri solitū: quod quotannis ineunte mense Nouēbri edictum Regis proponi oportet, vt cum renouari liceat. Atque ut huius, inquit codē loco Gaguinus , coitionis Regē auctorem esse certū sit, regia singulis quibusq; annis rescripta edūtur, quibus ad D. Matti- ni diē festum, id est, II. Id. Nouem. Parlementū inchoandi iudicibus à Rege auctoritas datur. De mirabili autē & celeri huius Regni incremento etiā illud argumento esse potest, quod circiter centum

Q. iiiij.

pòst annis, hoc est, anno MCCCCLIII,
regnante Carolo VII. hæc ab illo con-
stitutio promulgata est: A festo Paschæ,
usque ad finem Parlamenti, Præsidentes
& Consiliarij hora sexta de mane de-
bent in suis cameris esse congregati, à
festo S. Martini, post horam prædictam.
Et aliquantò post: Pernecessarium est, ut
Præsidentes & Consiliarij Curiæ post
prandium veniant ad Parlamentum iu-
dicandi & expediendi causa. Hæc Ca-
rolus VII. At Caroli Magni tempore,
qui Regnū triplo maius obtinebat, quā
dissimilis iudiciorum ratio fuerit vel
ex hac ipsius lege facile intellectu est:
Legis Fracicæ lib. 4. c. 74. Ut Comes placi-
tū nō habeat, nisi iejunus. Iā de voce Par-
lamēti ac nominis etiā auctoritate illud
argumentū extat, quod cùm in ea parte
Allobrogū quæ Delphinatus dicitur an-
tiquitus Senatus institutus fuisset, cū sum-
ma auctoritate, quod cōciliū Delphina-
le dicebatur: tamē Ludouicus vi. qui be-
ne de se meritis Delphinatibus benignè
facere studebat, nomē cōciliij in Parlame-
tū mutauit: quāuis nihil ad ius atq; auco-
ritatem adderet: cuius rei Guidopapius
testis

testis est, q. Gratianop. 43. & rursus q. 554.
Cum autem in his iuridicalibus parla-
mentis, regnisque rabulariis permulta
sint, quæ boni & cordati viri grauiter &
acerbè ferunt, tum verò quatuor hæc
in primis numerantur, quod publica iu-
risdictionis nundinatio exerceatur, quod
magistratus publico perjurio incantur,
quod parlementa litium seminaria sint,
postremò quod tertia propè Galliæ pars
rabulariam artem exerceat. Nam quod
ad primū attinet, quotusque hodie
numerari potest, qui iudicādi munus nō
& præsenti pecunia sit mercatus, & præ-
senti pecunia venditetur ut verissimè Ale-
xander Cæsar dixisse videatur, necesse es-
se ut qui magistratum emit vendat, nec
sine rubore puniri posse, qui quod emit,
vendit. Et nummarium tribunal (inquit
Seneca lib. de benefact. 1.) audita vtrin-
que licitatione alteri addici, nō mirum.
quando quæ emeris, vendere gentium
ius est. Hæc boni viri Gallicæ iurisdictio-
nis nundinationem, hoc commercium,
hoc forense latrocinium appellant: quod
res quæ humanarum rerum sanctissima
esse debuit promeritis facta sit, pretiō-

que & vēdatur, & cematur: neque quicquā
æquē Galliæ existimationem apud exte-
ras nationes onerat , quām quōd , sicuti
lanij bouem opimum vno pretio em-
ptum , pōst in macello per partes vendi-
tant: ita magistratus vno pretio compa-
ratur , cuius administratio singulis po-
stea ius postulantibus diuendatur. De
quo Deum immortalem , Solémque ,
& cœlum, & genus hominum qui hodie
vivunt, quique posthac victuri sunt, con-
testor, si non optimo iure ac meritissimo
tam fœdam patriæ labem , infamiam, de-
decus , ac turpitudinem deploro: neque
me Matharelli , aut Massoni, aut nescio
cuius eiusdemmodi rabulæ scabiosi ac sy-
cophantæ meretricia impudentia , aut
cuiusque palpatoris aulici pretio condu-
cta calumnia de hoc iuuandæ patriæ stu-
dio , si Dei voluntas ferat , dimouebit.
Quid? an quisquam est, qui cogitare il-
lud sine lacrymis possit, quōd non modò
clientes & beneficiarij Romani Pontifi-
cis, & clericij iureiurando ei deuincti , &
opimis sacerdotiis prædicti, magnam illo-
ruim magistratum partem obtinent: ve-
rum etiam ij , qui se Laicos appellari vo-
lunt,

Iunt, istiusmodi beneficiis in suos liberos conferendis ciusdem Pontificis ty-
rannidi se, suamque fidem ac religio-
nem venditant? Nam verò de periurio pa-
sim tota Gallia usitato, quid dicemus? Ve-
tus Imp. Theodosij lex est, gentium, ut
opinor, omnium usu ac moribus com-
probata, ut qui magistratum ineunt, pu-
blicè iusurandum dent, se nihil eo no-
mine neque per se, neque per aliū de-
disse, aut promisisse. I. vlt. C. de repetund.
Hoc quidem iusurādum in Gallia quo-
que omnibus magistratum mercatori-
bus in Parisiensi aliōve Parlamento de-
fertur. at quid dixi defertur? Imò verò
confidenter accipitur, conceptisque ver-
bis præstatur, atque is primus sacris istis
initiantibus aditus in Gallia patet. Age,
reliqua videamus. Nam complures istius-
modi iudicium cōuentus qui ad dirimen-
das lites, ad ciues iudicialibus molestiis
liberandos instituti sunt, meras esse li-
tium officinas & ergastula, quis ignorat?
aut cui tandem notum in Gallia nō est,
item semel institutam hominum isto-
rum artificiis non modò immortalem
reddi, sed etiam in alias complures pro-

pagari. Quod verò postremo loco positum est , cui non miserum atque indignum videatur, gentem Gallicam, omnium quas sol videt ad bonas quasque artes , ac præsertim ad literarum , addo etiam ad pietatis studium aptissimam, tam in calumniis litium,in sycophantiis exercendis,in sordibus denique rabulariis, quasi in latriniis exhaustiendis , ætatem consumere? quæ natio trecentis ab hinc annis litium propè expers , Reipub. & (vt tum loquebantur) boni publici curam in annuis comitiis gerebat , eam in istis lutulentis sordibus occupatam , totam Reip. curam paucis aliquot aseclis atque assentatoribus regiis permettere? Atque huius ego morbi Rabularij,quam vetissimè scabiem Gallicam appellare possumus , quo magis magisque originē inuestigo:eo magis in illa quam superius protuli,opinione confirmor , vt superstitionum lues,vt alia complura,ex Romanorum Pontificum officina profluxerunt , sic rabulariæ artis disciplinam ex eorundem curia & iurisdictione ad nos defluxisse . quod peradmodum paucis post Decretalici iuris promulgationem annis

annis contigisse constat. Nam in Gratiani decretum (c. vides. 10. distinct.) relata est Epistola Leonis Papæ (quem illi in Deorum suorum numerum retulerunt) ad Ludouicum 11. utriusque Fraciæ Regem & Imperatorem scripta, qua testatur, se Imperatorum legibus, & constitutionibus, & iuri ab illis constituto patere. & in c. vlt. ab eodem Imp. pro sua clementia petit, ut iuris Ro. leges ubique obseruari velit. quinetiam exstat Papæ Honorij 111. Decretalis in c. 1. Ext. de Iuram. cal. vbi dilucide ostendit, Papales clericos usque ad illud tempus Ro. iuris legibus & Christianorum Impp. constitutionibus, quæ in Codice Iustiniani existant, paruisse: usque etiam in iurisurandi controversiis usos esse. Ecquidnam igitur (dicet aliquis,) tantis malis remedium afferemus? Caussam quidem illorum omnium constat esse partim impietatem, partim incredibilem ḡctis nostræ superstitionem, quæ per eadem illa tempora ex eodem illo fonte ad nos fluxit, quibus immensa caligo uniuersum orbem Christianum obtexerat, & unico Christianæ religionis lumine extincto, sacris scilicet

Bibliis obrutis ac sepultis, omnia densissimis superstitionū tenebris oppressa tenetatur. Quare si per nostros Alastoras, si per furias ciuilium bellorum incentrices licebit, vel (vt verius loquamur) per singularēm Dei benignitatem dabitur, vt Sacrorum Bibliorū auctoritas in Gallia valeat, & iuuentus in iis se studiis exerceat, non dubium est, quin, vt exorto sole tenebrae fugantur, sic artes rabulariae vna cum superstitionibus ex eodem fonte deducuntur, depellantur. quod vt Deus Optimus Maximus propter Christi filij sui & Emanuelis nostri gloriam nostrae huic ætati concedat, assiduis ab eo precibus petendum erit.

F I N I S.





INDEX RERVM ET
VERBORVM QVAE HOC
Libello continentur.

A

<i>Bdicandorum Regum ius penes po-</i>	
<i>pulum.</i>	76
<i>Adr. Turnebi opinio in disquisicio-</i>	
<i>nem vocata.</i>	51
<i>AEdui à Romanis consanguineis dā</i>	
<i>eti.</i>	17
<i>AEduorum potentia.</i>	17.18
<i>AEgyptii in molibus, Galli in litibus & calumniis</i>	
<i>occupati.</i>	134
<i>Amphictionum Concilium.</i>	120
<i>Anglorum regni administratio qualis.</i>	122
<i>Anglicum parlamentum.</i>	123
<i>Anselmus Episcopus Regis sui proditor.</i>	193
<i>Arvernorum veterum potentia.</i>	18
<i>Attilæ victoræ immanes.</i>	63
<i>Attuarii Franci.</i>	60

B

<i>Bataui Francis primi sinitimi.</i>	50
<i>Bellum boni publici nominatum.</i>	208
<i>Bellorum iustorū non semper secundi euētus.</i>	58.59
<i>Blanca regina matris insana dominatio. 227. in fau-</i>	
<i>sta.</i>	220.223.226, &c.

INDEX.

<i>Bonifacii Papæ ad Philipp. Franc. regem literæ.</i>	185
<i>Brunechildis regina matris insana dominatio.</i>	223
<i>Brunechildis horrendum supplicium.</i>	224
<i>Baudilo regis iniuriosi interfectio.</i>	78.79
<i>Britones Britonantes veteris lingue Gallice reliquia.</i>	28
<i>Budæi opinio de Paribus Franciæ.</i>	178
<i>Budæus rabularum hostis infestissimus.</i>	245

C

<i>Cæsar's locus emendatus.</i>	24
<i>Calicis in Cœna plebi cōmunicandi mos vetus.</i>	222
<i>Caninefates Francorum populares.</i>	59
<i>Capillitii Regalis ius.</i>	100
<i>Capilli honoris caussa filio regis præcidebantur.</i>	106
<i>Carolus Magnus litigantes audiebat, & lite cognita, sententiam dicebat.</i>	240
<i>Caroli Magni filii reges à populo electi.</i>	68
<i>Carolus Simplex à Francis abdicatus.</i>	82
<i>Carolus Crassus rex à Francis abdicatus.</i>	81
<i>Chauci & Chayci Francorum populares.</i>	45.105
<i>Childericus primus Francorum rex abdicatus.</i>	77
	78
<i>Childericus Merouei filius primus Francogallia rex.</i>	62
<i>Chilpericus rex à Francis abdicatus.</i>	80
<i>Chrotildis reginæ matris insana dominatio.</i>	221
<i>Cicerô differentiâ statuit inter regē & regnum.</i>	191
<i>Cinitas, Regioque magistratu eodem vtitur.</i>	14
<i>Colonia Agrippina à Francis liberata.</i>	60
<i>Comati reges Francogalli.</i>	100
<i>Comes stabuli qualis.</i>	165
<i>Come-</i>	

INDEX.

<i>Comeſtablii dignitas.</i>	166
<i>Comites domus regiae, Comites Palatii.</i>	155
<i>Cominii testimonium de Concilioi autoritate.</i>	214
<i>in Concilio quibus de rebus agatur.</i>	166
<i>Concilioi auctoritas in Religionis negotiis.</i>	185
<i>Concilioi auctoritas in regem Ludovicum XI.</i>	208
<i>Concilioi iurisdictio in controveneriis de regno.</i>	200
<i>Concilioi auctoritas rege capto.</i>	201
<i>Concilioi Francogallici auctoritas quanta & qualis.</i>	120.137.139.141
<i>Concilium quod referatur à Seyffello.</i>	113
<i>ad Concilium vocabatur Princeps criminis insimulatus.</i>	143
<i>Concilium priscae Galliae publicum.</i>	15
<i>Consiliarii alii regis, alii regni.</i>	117
<i>Consiliarii regis alii, alii regni.</i>	190
<i>Criniti reges Francogalli.</i>	100
<i>Criftati Francorum reges.</i>	105
<i>Curatores regni XXXVI I.</i>	213
<i>Curia regis, quæ 133 ire in curiam.</i>	134.135
<i>Curiæ ppl. R. Curiata leges. Curiata comitia.</i>	199
D	
<i>Difficilius nihil quam bene imperare.</i>	117.118
<i>Druyde scriptura non utebantur.</i>	23
E	
<i>Edictum de ritibus Ecclesie Romano more seruandis in Gallia.</i>	30
<i>Elenare regem.</i>	75
<i>Ephori regum custodes & obseruatori.</i>	121
<i>Ephororum iusfirandum.</i>	190
<i>Eudo secundus Francorum rex abdicatus,</i>	77
<i>R. j.</i>	

INDEX.

F

<i>Faramundus à Francis rex electus.</i>	69
<i>Faramundus Francorum nō Francogallorū rex.</i>	62
<i>Fæmineo sexui Franci olim subiici noblebant.</i>	220
<i>Francus, id est, liber 53. unde Francia pro asylo.</i>	53
<i>Franci à Papa maledicti, si regem non Caroli Magni de stirpe habeant.</i>	165
<i>Franci maritimarum rerum periti.</i>	48
<i>Francica Lex.</i>	97
<i>Francogallorum gens gemella, & unde nomen.</i>	62
<i>Francogallia regnum non hereditarium.</i>	65
à quibus inter quatuor fratres diuisum.	90.91
<i>Franci, id est, libertatis autores.</i>	53.57
<i>Franci Gallis commixti.</i>	65
<i>Francorum ius in primogenitura.</i>	89
<i>Francogallicæ linguae confusio quadruplex.</i>	29
<i>Francorum veterum incunabula.</i>	46.47
<i>Francorum prodigiosa nauigatio & victoria.</i>	49
<i>Francorum nomen unde.</i>	55.56
<i>Francorum nomen quam latè propagatum.</i>	41
<i>Francorum nomen antiquiss.</i>	57
<i>Franci & Galli promiscuo nomine appellati.</i>	65
<i>Fredegondæ reginæ matris insana dominatio.</i>	222

G

<i>Galliae totius factiones due.</i>	17
<i>Galliae felicitas ante parlamenta instituta.</i>	245
<i>Galli prisci cum Roman.octingentos annos pugnabant.</i>	52
<i>Galli prisci Romanis formidabiles.</i>	32
<i>Gallia præsca sub optimatibus.</i>	14
<i>Gallica gentis virtus ab antiquis descripta</i>	13
<i>Galli</i>	

INDEX.

<i>Galli prisci Germanis formidabiles.</i>	33
<i>Gallie priscæ ciuitates.</i>	14
<i>Gallia comata.</i>	104
<i>Gallia omnes in quot prouincias à Rom. diuise.</i>	37
<i>Gallico sermone iudicia exercere, quis iussit.</i>	30
<i>Gallis unde Latinae linguae consuetudo, & quid in- uexit.</i>	29
<i>Gallorum priscorum virtus militaris.</i>	33.34
<i>Gallorum à Romanis defectio.</i>	37.38
<i>Gallorum priscorum Lingua.</i> 21 non Graeca. 22.24. non Germanica.	27
<i>Germanorum reges non hereditarii.</i>	67
<i>Graciae veteris administratio.</i>	120
<i>Guill. Bellayi fabula de Francorum origine.</i>	51
H	
<i>Heluetii quidam Graecæ linguae non ignari.</i>	24
<i>Heluetii cur Suitti vocati.</i>	52
<i>Hispanorum virtus in rege coercendo.</i>	123
<i>Hugo Capetus qua familia natus</i> 194.195.196	194.195.196
<i>Hugo Capetus regni occupator.</i> 195 eius astu- tum facinus.	197
I	
<i>Iohannis Turpini monachi libellus nugatorius.</i>	54
<i>Isabellæ regine insana dominatio.</i>	230
<i>Judithæ regina matris insana dominatio.</i>	226
K	
<i>Kal. Maii solennes concilio Francogallico.</i>	132
L	
<i>Lacedemoniorum Respubl. qualis.</i>	121
<i>Leges Francorum à populo iubentur.</i>	147
<i>Lex verè regia à Carolo Magno lata.</i>	241
<i>R.ij.</i>	

INDEX.

<i>Lex Salica.</i>	96.98
<i>Linguae Francogallicae confusio.</i>	28
<i>Literæ Graecæ in Franciam inuectæ.</i>	26.27
<i>Litium propagatio ex Parlamentis.</i>	246
<i>Litium paucitas olim in Gallia incredibilis.</i>	241
<i>Loqui Romanum.</i>	43
<i>Ludonicus rex controvensiones disceptabat.</i>	241
<i>Ludonici Trasmarini ad matrem reginam blancam literæ plenariae potestatis.</i>	218
<i>Lutetiarabularie artis magistra.</i>	232
 M	
<i>Magistri Palatii.—</i>	148
<i>Maiestas regia, que. 130. Eius sedes propria in concilio publico.</i>	181
<i>Maiores domus.</i>	150
<i>Massiliensium veterum doctrina.</i>	22.23
<i>Meroueus rex Francorum non Francogallorū.</i>	62
<i>Morbus rabularius.</i>	232
<i>Mulieres à procuratione regni arceantur.</i>	217.
<i>Mulier animal indomitum Catoni.</i>	222
<i>Mulieres sub tutela.</i>	217
 P	
<i>Palatii Parisiensis auctores.</i>	238.246
<i>Papa nō abrogauit regnū Childerico, sed popul.</i>	157
<i>Paparū auctoritas in regib. abdicādis unde nata.</i>	156
<i>Pape Stephani Epistola mirifica.</i>	162
<i>Pape Stephani somnium insigne.</i>	163
<i>Pares Franciae.</i> 169 <i>caussa instituendorum.</i>	173
<i>Pares à quo instituti.</i> 170 <i>caussa.</i>	173
<i>Parium potestas quotuplex.</i>	170.171
<i>Parium Curia,</i>	174.177
<i>Parium</i>	

INDEX.

- Pariū numerus.* 174.176
Pariatus honor. 178.179
Pares ad quorum iudicium adduci possint. 180
Parlementorum multiplicatio ex litibus. 246.
Parlamenti vocabulum. 235
Parlamenta octo. 233
Parlementum propriè colloquium bellicum. 129
Parlementorum auctoritas summa. 237
Parlementum Anglicum. 122
Philippi Franc. regis literæ ad Pape fatuitatē. 207
Placidina Childeberti mater exilio damnata. 231
Placitum quid. 145
Plethrudis insana dominatio. 225
Plinii locus emendatus. 26
Populi Francici ius in legibus sciscendis 147
Populi & regis par potestas solum in Gallia. 108
Praefecti Aule. 155
Principum contentiones concilii auctoritate compo-
nuntur. 203
Provinciarum Romanarum seruitus triplex. 35

R.

- Rabularium regnum.* 232
Rabularia unde in Galliam introducta. 240
Regalis capillitii ius. 101
Regina mater pœnis meritis affecta. 224
Reginae matris facinus atrox. 103. 221. impium 222.
crndele. 223.224
Reges facilimè omniū voluptatibus infatuati. 188
Reges Francogalliae in bello capti. 189
Regis periurium calamitate populi expiatum. 213
Reges suos Frāci creabant. 69. 71. 74. 78. 93. & re-
R. iii.

INDEX.

- gno se abdicare cogebant.* 76. 77. 78. 81. *euicie-*
bant. 80
Regum potestas. 199. 200
Regerere non debet, quae regina esse non potest. 218
Regna prisca Galliae non hereditaria 19. *eadem certis*
legibus astricla. 20
Regnorum eontroversiae ad concilium delatae. 200
Reginae custodes appositi. 231
Reges cum infinita potestate sunt Reges pecudum
Aristoteli. 116
Regis carpento & bubus vehendi mos vetus. 130
Regis liberis pluribus exstatibus quid iuris in ipsis
hereditate. 85. 86. 90.
Regnorum hereditates periculose. 67
Regi parere & seruire diuersa sunt. 54
Regis creandim mos Francorum vetus. 69. 74. 75
Regnum Francorum inter fratres diuisum. 91
Regis alii consiliarii, alii regni. 117
Regis & Regni differentia. 187
Regi curatores imponuntur. 212. 213
Regum Francogallorum tres stirpes. 65. 66
Reges prisca Galliae quales. 16
Rex sine freno facile tyrannus euadit. 21
Rex dominium alienare sine concilii auctoritate non
poteſt. 203
Rex Francogalliae à populo eligebatur. 68. 74. 75.
Rex Francorum inedia laborat. 81
Rex à suis consiliariis vendi solitus. 118
Reipubl. forma prestantissima quæ. 113. 114
Rerum quæ in regis dominio sunt quadripartita di-
uisio. 86
Romanum

INDEX.

<i>Romanum loqui.</i>	43
<i>Romanorum tyrannis Gallis intolerabilis.</i>	39
<i>Romanorū artes in exteris nationibus inescādis.</i>	16

S

<i>Salii Franci.</i>	60
<i>Salii & Salici Franci.</i>	96
<i>Salici Franci.</i>	97
<i>Salica lex.</i>	96
<i>Satellites priscorum Regum Francorū nulli.</i>	110
<i>Scuto imponebatur Rex nouus à Francis.</i>	75.76
<i>Seditiones quædam iustæ quamvis moleste.</i>	210
<i>Stipendium Gallie à Romanis impositum.</i>	36

T

<i>Tacitus Francos libertatis auctores nominat.</i>	57
<i>Taprobanici Reges frenati.</i>	321
<i>Theodoricus rex à Francis abdicatus.</i>	79
<i>Τριχοχαράκτοι reges Francorum.</i>	106
<i>Troianorum fabule de Francorum stirpe.</i>	51
<i>Tyrannidis nota triplex.</i>	108

V

<i>Venenum in calice Cœna dominica.</i>	221
<i>Virgæ consecratæ.</i>	88
<i>Vt literis, id est, scribere.</i>	24

F I N I S.



ERRATA SIC CORRIGITO.

Pag.36. triis vterentur: sed magistratus pag.ead.
qui apud eos ius dicerent pag.48. SC ALDIS
pag.ead.in fine: quod, pro quando pag. 53. Fran-
cisare, vel affrancire pag.56. Vox Filio , ex tertio
versu in secundum reuocanda est: hoc modo, Sicam-
brorum Regis filio pag. 91. Dagobertus Clotarii fi-
lius & vers.pen. Usque ad id tempus pag.113
est, quinquandiu pag.144. ab annagiis, testimoniu
extat apud Aimo inum pag.155. Regis Anglorum
Parisius pag.170. afferatur, institutum illud ad
pag.172. quod aequo pag. 175. stituerentur, quibus
opima. pag.ead. illis opibus superbia. pag.178. to
Comitiis pag.190. eos non amp.com. nisi illi ad il-
lud pag. 195. coru Ducis filium ex Roberto pag.
196. ins Odonis filius fuit